


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

1,-456.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 8°
1 1 01 0 8 04236 5

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

11. 12.

COMMEATUS SACER

Ex uberrimo S. Prophetarum, Evangeliſtarum & Apoſtolorum promptuario collectus.

Sivè

EPITOME BIBLICA,

Quâ ſingulorum utriusque Teſtamenti Capitum ſumma, ſingulis incluſa diſtichis, perſpicuâ brevitate proponitur.

Cum

AMICIS EVANGELICIS.

Sivè

Sylloge meditatiuncularum ex pericopis Evangeliorum anniverſariis.

&

RELIQUIIS.

Authore

GUILIELMO ALARDO, P. L, Paſtore Crempenſi.

LIPSIÆ, Impenſis Hæredum Henningi Groſij Junioris, Anno M. DC. XXIV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

MAGNIFICO, PERILLUSTRI,
& Strenuo Viro,

Dn. CHRISTIANO FRISIO,

Domino de Kragerup. Equiti aurato, Cancellario Regis Daniæ magno, & regni Senatori primario, Academiæ Haffnienſis conſervatori,

Domino & Patrono meo plurimùm honorando.

S. P. D.

Quanti omnium hominum interſit, ut ſacras literas ſcrutentur aſſidui, meditentur accubui; vel indè liquet liquidò, quod ex his ſolùm, tanquam ex fonte Iſraëlis limpidiſſimo, vera de veri Dei eſſentia ac voluntate hauriatur cognitio. In qua vel ipſius Veritatis ſuffragio, vitæ æternæ conſiſtit felicitas. Sic enim Jeſus Chriſtus inquit, Johan. 17. v. 3. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

miſiſti Jeſum Chriſtum. Quam etiam cauſam ad urgendum noctes dieſque ſacræ paginæ lectionem ſervator ipſe allegat, Johan. 5. v. 39. Scrutamini ſcripturas, in quibus vos vitam æternam habere putatis, &c. undè etiam doctor gentium Paulus aſſerit; ſcripturam ſaciam inſtituere ad Salutem per fidem. 2. Tim. 3. v.15. Sacra enim ſcriptura, eſt ſola fidei menſura, errorum cenſura, & ad cœlos Cynoſura. Hinc eſt quod pſaltes Regius ad perfectiſſimum beatitudinis gradum eum extollit virum, qui legem Domini meditatur die ac nocte. Pſal. 1.

Si quis igitur vitæ æternæ deſiderio tangitur? ſi quis veræ ſalutis amore angitur? ſi quis ad abſolutam adſpirat perfectionem? & ad ſummam anhelat beatitudinem? Is ſacras ſedulò volvat & revolvat literas, & voti ingentis (Deo ſucceſſum largiente) reddetur compos. Quin Deus ipſe nos omnes & ſingulos ad hoc excitat ſtudium, Deut. 6. v. 6. ubi legem ſuam, & ſignari manibus, & inſcribi poſtibus, & adpendi frontibus, & inſculpi cordibus, & exacui nepotibus per Moſen præcipit.

Quemadmodum etiam ipſa cœleſtis ſapientia clamat, & Intelligentia edit vocem, in via, inter ſemitas; ſtans juxta portas civitatis, &c. Proverb. 8. v. 1. 2. 3. & verba ſua præ-

cordi-

ordium tabulis notari, de collo ſuſpendi, Prov. 3. v. 3. digitis affigi, & ut oculorum pupillam ſervari, Prover. 7. v. 23. Imò gemmis q; & omnibus jucundis præferri, Prov. 8. v. 10. 12. monet : addita promiſſione, quod nare ſe amantes, coronare ſe amplectentes, Prov. 4. v. 8. & occurrere ſe quærentibus vere. Prov. 8. v. 17.

Cum autem nullius ingenij tanta ſit felicitas, nec ullius memoriæ tam firma tenacitas, ut toti S.S. Bibliorum volumini ad verbum ediſcendo ſufficere poſſit : Ideò commodiſſimum hac in parte memoriam fulciendi adminiculum eſt, ſi quis capitum ſingulorum periochas breviter complexas in conſpectu habeat, quibus ſubindè lectis & relectis, ea quæ textus Bibliorum pleniùs & planius tractat, nunquam è tabella, ſibi notiora reddere valeat.

Hac viâ ut ſtudijs meis ipſe inſervirem, eo duce, ſingulorum ſacri codicis capitum ſummam ſingulis includere diſtichis, quâ fieri potuit perſpicuitate, ante annos aliquam multos aggreſſus ſum.

Quod meum ſtudium cum viri aliquot pij & eruditi, quorum cenſuræ fœtus hic meus, tum temporis, expoſitus erat, adeò non improbarent, ut etiam de editione ejus me mo-

nerent; nolui hac in parte eorum refragari ſententiæ: præſertim cum ſpe haut dubia confirmarer, non pœnitendum hac opella mea, fructum ſacrarum literarum ſtudioſis acceſſurum.

Prodijt igitur libellus hic, Anno Chriſti 1599. ſub titulo Epitomes Biblicæ, ita multis gratus & acceptus, ut in ſcholis quibuſdam, in uſum juventutis ſcholaſticæ, ad lectiones Biblicas quotidianas adhiberetur. Jamque tot annorum decurſu exemplaribus omnibus diſtractis, eò res redijt, ut de recudendis hiſce verſiculis ſæpiùs à multis admonitus ſim. Quare ne ipſorum voluntati deeſſem, curam editionis ſecundæ ſuſcipere volui, præſertim cum prior infinitis ferè mendis typographicis laboraret.

Ut autem editio hæc nova lectoribus eò eſſet gratior, MICAS EVANGELICAS, id eſt, meditationes perbreves in pericopas lectionum Evangelicarum, & RELIQUIAS ſacras, è S. S. Patrum floſculis, cum quibuſdam alijs carminibus, de novo adjicere volui. Ut ita liber hic planè novus videri poſſit. Novum itaque ipſi quoq; faci titulum COMMEATUS SACRI, ut ita & meo & aliorum poëmatiorum, quæ hactenus in lucem emiſi, reſponderet nominibus, de quibus in præfa-

tione

... EXCUBIARUM mearum lectorem
...onui.

Hoſce libellos tibi, Vir Magnifice & per-
...lluſtris inſcribere atque dedicare volui. Idq;
...t facerem non unæ me moverunt cauſæ: de
...uibus præcipuæ ſunt, ſtudium illud tuum
...rthodoxæ religionis ſingulare, & in Haffni-
...nſem Academiam merita eximia; inſuper et-
...m in omnes, qui ſe ſtudijs humanioribus
...anciparunt, benevolentia inſignis; aliæque
...irtutes heroicæ, quæ à multis alijs, cumpri-
...is à Reverendo Clariſſimoq; viro, Domino
...ETRO STUREJO, S.S. Theol. Doctore,
...c Regiæ Majeſtatis Concionatore quondam
...ulico, p. m. amico meo, dum in vivis erat
...orem in modum mihi olim
...commendatæ.

His ego cauſis præcipuè commotus & im-
...ulſus libellos hoſce, Magnificentiæ veſtræ
...edicare volui, ut hac ratione veſtram mihi
...neisque conciliarem benevolentiam; gemi-
...umque ita in Regno veſtro incluto nobis ex-
...itarem Sydus, cujus ſplendor calorq; Muſas
...oſtras, hoc præſertim ſeculo noviſſimi tem-
...oris frigidiſſimo, & animaret & foveret.
...eque enim M. V. cælare poſſum, Magnifi-
...um, Generoſiſſimumque virum, Dn. OLI-
...GERUM ROSENCRANZIUM,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Dn. in Roſenholm, Regni Daniæ Senatorem, & præſidem Otthonienſem Regium, à multis jam ãnnis gratia ac benevolentia ſingulari Mæcenatem ſe mihi ac patronum exhibuiſſe faventiſſimum. Quod ſi veſtra etiam Magnificentia eadem me dignata fuerit benevolentia, erit quod ex animo læter, mihiq́ue de Patronis duobus præſtantiſſimis in Dania gaudeam.

Accipe igitur, vir magnifice & perilluſtris, hunc in finem, hoc quicquid eſt verſiculorum, fronte ſerenâ, ſimulque mea, liberorumq́ue meorum ſtudia tibi commendata habe, quod etiam etiamque rogo. Vale, vir Magnifice, cum tuis omnibus quam feliciſſimè. Dabam Crempis Regiis, die Lamperti, in Æquinoctio Auctumnali; Anno

PaX, ô DeVs, nobIs preCor sIt oMnIbVs.

M. V.

ſtudioſiſſ.

VVilhelmus Alardus, P. L.
Paſtor Crempenſis.

Ana-

ANAGRAMMATA,

Scripta

Reverendo, Clariſsimoq́ꝫ viro, Dn.

GUILIELMO ALARDO,

Theologo Lutherano, ac Poetæ verè Chriſtiano, de poematibus ſuis.

GUILIELMUS ALARDUS

…DUM SURGIS, ALLELUJA.

Salve ſacratiorum,
ALARDE, literarum
Interpres Orthodoxe!
Salve ter, ampliusq́ꝫ
Illuſtris inter omnes
HOLSATIÆ Poëtas!
Scimus (nec hoc recenter)
Tuas ſat eruditas
Elucubrationes,
Piasq́ꝫ conciones
Hucuſq́ꝫ permanenti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quas auſus es papyro,
Notis Typographorum
Communicare dextrè,
Queiscunq; Chriſtianæ,
In orbe Chriſtiano
Eccleſiæ miniſtris
Fuiſſe comprobatas.
Jurabimusq́; ſanctè,
Vix ullus adminiſter
Aræ quod inveniri
Jam detur, univerſas
Germaniæ per oras,
Tot elegantiora,
Simulq; Chriſtiana
Qui metra cantitârit,
Et illa publicârit,
Te, Guilielme, præter.
Hinc jure Chriſtianis
Poeta Chriſtianus
Vocaris univerſis,
Præ vatibusq; cunctis
Anacreonte verſu,
Minutulisq; Jambis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Modulatione dignis,
Laudem mereris omnem.

Hinc undiquaq; ſurgis
Famæ perennitate,
Laudis celebritate,
Plauſusq; dignitate.
Nec indè (plurimorum
Ceu vana turba vatum)
Ventoſus inſoleſcis.
Chordâ ſed atq; corde,
Linguaq; ſucciplenum,
Dum ſurgis, Alleluja
Ieſu *tuo frequentas.*

Quod Alleluja *mecum;*
Vitæ dies per omnes,
Quin horulas per omnes
Ei decenter ede;
Hoc donec evocamur
Ex orbe, ſurgimusq;
Cœleſtis indè ſanctam,
Ad manſionis arcem,
In hacq; ſempiternum
Cantamus Alleluja.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

VVILHELMUS ALARDUS.
ILLUM LAUDAS VERSU.
vel
GUILIELMUS ALARDUS.
IS SURGE: ILLUM LAUDA.

IESUS, ALARDE, tibi timor eſt, amor omnis Jëſus:
Quippè per hunc ſperas quæq; ſalutis opes.
ILLUM *quocirca* VERSU *multiplice* LAUDAS,
Et cupis hunc tecum laudet ut omnis homo.
IS *laudābiliter laudator* SURGE, *deinceps*
Ac ILLUM LAUDA *pectore, voce, metro.*

GUILIELMUS ALARDUS POETA LAUREATUS.
PLUS JESUM LATE TU LAUDAS: GLORIA VERA.

Corda Poetarum Domino vegetante caleſcunt.
Sedibus ætheriis ſpiritus ille venit.
Nobilioris at (heu!) plures tenet artis abuſus,
Pectore dum vano carmina vana vomunt.
Queîs adipiſcantur vulgi tātummodò plauſum,
Æternumq; ſibi nomen in Orbe parent.

Vivit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vivit, ALARDE, tuo melior ſub pectore virtus:
Te nec amor vulgi, propria lausve movet.
Plus late Ieſum tu laudas: gloria vera
Hinc te ſub ſolis vectat utramq; domum.
Illorum tineæ cum blattis nomina tollant:
Grande tuum verò ſtet ſine morte decus:

Aliter.

TE LAURU JESUM LAUDAS: TE GLORIA PULSAT.

CÆſaris auſpicio tibi LAURUS, ALARDE, capillos
Circumit: hinc vatis nobile nomen habes.
Fabellas alij, Veneres, aut ſcommata cantent:
Sacras ad laudes ſe tua Muſa parat.
E lauru Ieſum laudas: te gloria pulſat
Enthea. Laurus ô hæc floreat uſq; precor.

GUILIELMUS ALARDUS, PASTOR ET POETA. (PLUS OVA! JESUM TOLLIT AD ASTRA, PERGE,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Eccleſiaſtes optimus emines,
Et Chriſtianus diceris omnibus
Vates, Alarde, Chriſtianis
Cauſa patet: tua quæq; Ieſum
Ad aſtra tollit concio: mens huic
Inſervit uni, totaq́; vis lyræ
Hunc cantat. Hinc flores, ovasq́;
Præ reliquis hodiè Poetis.
O perge talis! maxime plus ova
Eccleſiaſtes, enthee plus ova
Vatesq́;! ſic raptus ſub aſtra
Perpetuos agites ovatûs.

à

M, Joſepho Claudero, Poëta
Cæſareo, & Scholæ Alten-
burgenſ. in Miſniâ Rectore,
Anno 1622.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

AD BENEVOLUM LECTOREM.

Diſticha qui legis hæc capitum referentia ſummam
Quæ ſacri præfert codicis ordo tibi:
Non Latij hîc faciles ſermonis quære lepores,
Quoſve Catullꝰ habet, quoſve Tibullꝰ habet.
Non hos materies ſacra, non anguſtia verſus,
Quâ cogenda ſimul multa fuêre tulit.
Nec rigidus fueris, gentilia nomina, cenſor
Ad vivum ſemper quì reſecare velis.
Si ſemel atq; iterum, modò quæ producta legũ-(tur
Mox correpta legas; conſulito illa boni.
Cauſa eadem brevitas: quâ propria multa loca-(ri
At placitum melius non potuere, fuit.
Hoc alij fecêre; mihi quì fortè valebunt,
(Si qua tamen culpa eſt) ferre, patrocinium.
Ares, Ares verſu cantabat Homerus eodem;
Nec tamen hinc Momi dente petendus erat.
Si dixêre alij, Davidis, Davidis alter:
Sunt tamen illorum ſcripta neglecta minùs.

Inſte.

Inſuper hîc bis, terve leges peregrina, Latino
Flexa modo; flexûs mox ſine lege leges.
Te decet hoc etiam brevitati ignoſcere lector,
Non aliâ hoc fieri quæ ratione tulit.
Hæc ſunt, quæ volui te lector amice monere
Cætera judicio cuncta relinquo tuo.

IN MOMUM.

Mome, quid hîc linguæ malè ſævis verbere? puncto
Quid calami verſus hoſce vel hoſce, notas?
Antiquum retines; arrodis cuncta; ſed audi
Non floccifacio, quod tibi diſpliceo.
Sat mihi, ſi placeam, cui quæro placere Jehovæ:
Sat mihi, ſi placeant hæc mea ſcripta bonis.

Gulielmus Alardus,

PERI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

PERIOCHÆ CAPITUM VETERIS TESTAMENTI.

GENESIS.

Caput Primum.

SEx mundum, & mundus quod continet omne diebus
Ex nihilo Dominus, verbo operante, facit.

Septima lux ſacra eſt, mediæ vetat arboris eſum
Conditor: è coſtâ conditur uxor Adæ.

Cap. 3.

Labitur, ejicitur, veſtitur vellere Adamus:
Promittit ſemen cuî muliebre Deus.

Cap. 4.

Eva parit; fratrem tollit Caynus Abelem;
Exul abit patriâ, multiplicatq; genus.

Cap. 5.

Ordo recenſetur breviter bis quinq; parentum:
Et pius in cœlum vivus Enochus abit.

Cap. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 6.

Centum, & viginti mundo prædicitur annis
Pœna; jubetq; arcæ condere tecta Deus.

Cap. 7.

Ingreſſis Nohâ, & natis, concluditur arca:
Cum brutis reliquos obruit unda homines.

Cap. 8.

Subſidunt undæ, volucres mittuntur, & altis
Armeniæ tandem linquitur arca jugis,

Cap. 9.

Nubibus expanſus fit ſignum fæderis arcus:
Nuda videt Chamus membra tegenda patris.

Cap. 10.

Narratur Nohæ ſoboles, ſeriq; nepotes:
Diffuſi terræ qui coluêre ſolum.

Cap. 11.

Conſona in innumeras vertit Deus ora loquelas;
Narratur proles ſemine nata Semi.

Cap. 12.

Thariades aliô cum conjuge migrat, eamq;
Conjugio raptam reſtituit Pharao.

Cap. 13.

Diſcedit Lothus, terramq; relinquit Abramo:
Cui recipit Chanaes pinguia rura Deus.

Cap. 14.

Cap. 14.

Liberat hic Lothum, ſpoliatis hoſtibus : offert
Melchiſedech panes : & pia vota facit.

Cap. 15.

Thariades Domino fidens, præconia Juſti
Accipit ; & ſobolis fata futura ſuæ.

Cap. 16.

Temnit Agar Saram prægnans, ob iurgia tandē
Aufugit : à Domino commonefacta redit.

Cap. 17.

Promittit ſobolem Dominus ; præputia tollit
Abram ; & mutato nomine fœdus init.

Cap. 18.

Tres adſunt juvenes : Saræ promittitur hæres :
Et Sodomæ pandit triſtia fata Deus.

Cap. 19.

Ignis edax Sodomam, & reliquas depaſcitur ur-
Lothus abit : natæ concubuere patri. (bes ;

Cap. 20.

Abimelech Saram rapit, & putat eſſe ſororem
Thariadæ, ſed poſt ſomnia reddit eam.

Cap. 21.

Editur Iſacus, cum nato ancilla fugatur :
Angelus huic fontem monſtrat, ut indè bibat.

Cap. 22.

Cap. 22.

Iſacum mactare parens Abramus ad aras,
Dum parat, oſtenſus cœlitus hircus obît.

Cap. 23.

Thariades vitæ ſociam ſibi funere raptam,
Luget, Ephronæo quæ tumulatur agro.

Cap. 24.

Servus abit, ſponſam nato lecturus herili:
Iſaco nuptum pulchra Rebecca venit.

Cap. 25.

Defuncti terræ mandant nati oſſa parentũ:
Pignora conjugij bina Rebecca parit.

Cap. 26.

Conſilio Iſacus Domini cum compare migrat,
Abimelech cum quo fœdera pacis init.

Cap. 27.

Vota paterna Jacob, materno præripit aſtu
Eſavo, hic fratrem vult jugulare ſuum.

Cap. 28.

Is fugit in Syriam, monitu patris, obviat illi,
Rex cœli in ſomnis, atq; ſecundat iter.

Cap. 29.

Sponſa venit ſponſo Lea, pro Rachele Iacobo:
Ut ferat hanc ſoceri paſcere pergit oves.

Cap. 30.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 30.

Progenies ſobolis creſcit pecoriſq; Jacobo:
Sic Dominus parvas amplificavit opes.

Cap. 31.

Hic patriam repetit Domino mandante, Laba-
Inſequitur: pacis fœdus utrinq; parãt. (nus

Cap. 32.

Dona parat fratri, Dominum luctamine vincit,
Proſpera mutato nomine vota tulit.

Cap. 33.

Eſavus fratrem complectitur obvius; ambo
Flent; offert fratri dona parata Jacob.

Cap. 34.

Illicito Dinam complexus amore Sichæmus
Stuprat, ob id pœnas cum regione luit.

Cap. 35.

Sacra Deo facit Iſrael, ſepelitq; parentem:
Cui natum Rachel dum parit, ipſa perit.

Cap. 36.

Narratur ſeries, & longa propago virorum,
Quæ ducis Eſavi ſemine nata fuit.

Cap. 37.

Somnia Joſephus narrat, mox venditur ære
Occiſus patri dicitur, ipſe dolet.

Cap. 38.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 38.

Concubit ſocero Thamar, & parit indè gemel-
Se meminit, viſo pignore, Juda patrem. (los;

Cap. 39.

Fœmina concubitum Joſephi tentat; & illi
Dum renuit, falſo crimine vincla parat.

Cap. 40.

Explicat hic captis inſomnia; pandit utriq;
Fata ſua; eventus quæ docet eſſe rata.

Cap. 41.

Pandit & hic Phario noctis præſagia regi;
Rex illum regno præficit indè ſuo.

Cap. 42.

Supplicibus durum ſe fratribus exhibet; unum
In vinclis donec Benjamin adſit, habet.

Cap. 43.

Vt fratrem redimat, Pharias hic migrat in
Joſepho reliqui munera quisq; ferunt. (oras;

Cap. 44.

Benjaminem inſimulant furti, retinentq;, ſed ille
Vt patriam repetat, Juda manere cupit.

Cap. 45.

Fraternum tandem retegens Joſephus amorem;
Grandævo adduci cum patre cuncta jubet.

Cap. 46.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 46.

endit in Ægyptum ſenior cum prole, parenti
Gaudet in occurſum filius ire ſeni.

Cap. 47.

eſſenum Pharao campum dat habere Iacobo:
Hic petit ut patria contumuletur humo.

Cap. 48.

nte patrem ſiſtit moriturum pignora Joſeph:
His petit à ſummo qui bona cuncta Deo.

Cap. 49.

ortunas & fata ſuis canit ordine natis:
Quo facto placida morte Jacobus obit.

Cap. 50.

nctus Ephronæo natis comitantibus agro
Conditur; & Joſeph fata ſuprema ſubit.

EXODUS.

Caput Primum.

HEbræos Pharao premit, atq; laboribꝰ urget
Maſculaq; extingui pignora quæq; jubet.

Cap. 2.

Extractus fluvio Moſes nutritur, adultus
Exſulat ob cædem, jura tori exſul init.

Cap. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 3.

Advocat è Rubo Moſen flammante Jehova;
Et jubet Ægypti regis adire thronum.

Cap. 4.

Obtendæ vitium linguæ, comes additur illi
Frater; qui coram principe verba facit.

Cap. 5.

Rex Dominum ſe noſſe negat, parere jubenti
Pernegat: Hebræos durius inde premit.

Cap. 6.

Solatur Dominus durâ ſub mole gementes;
Poſt hæc Moſaicæ ſtirpis origo datur.

Cap. 7.

Redditur unda cruor; baculus mutatur in angui;
Artibus hoc Magicis turba imitatur opus.

Cap. 8.

Phtiriaſis Pharios, Ranæ, Bruchiq; fatigant
Sed non rex monitis paruit indè DEI.

Cap. 9.

Peſte cadunt pecudes, hominem & pecus ulcer vexant:
Quadrupedes miſtâ grandine flamma necat.

Cap. 10.

Depopulantur agros, & pinguia culta Locuſtæ,
Nox Pharios tenebris tridui opacat agros.

Cap. III

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 11.

rimitias ſobolis letho dare Jova minatur;
Utq́; utenda petant aurea vaſa jubet.

Cap. 12.

aſchalem comedunt agnũ; primæva juventus
Interit: incolumis tranſit Hebræa cohors.

Cap. 13.

andit iter Deus in flammæ, nubisq́; columnâ:
Et jubet hæc ſoboli facta referre patres.

Cap. 14.

ſequitur Pharao; diducitur æquoris unda:
Hebræi hâc penetrant, obrutus hoſtis obit.

Cap. 15.

uctori Pæana canunt, dulcemq́; liquorem
Frondibus injectis dat Mara amara prius.

Cap. 16.

npluit Hebræis veluti ros Manna per auras;
Magna coturnicum copia caſtra tegit.

Cap. 17.

undit aquam pulſata ſilex, manibusq́; levatis
Amramides orat; Joſua victor ovat.

Cap. 18.

dducit Moſi natos cum conjuge; & illum
Ut diſtinguantur munia Jethro monet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 19.

Cum ſonitu & tonitru cautes Sinaica fumat:
Siſtitur ad montis turba ſacrata pedem.

Cap. 20.

Ipſe Deus leges populo bis quinq; profatur:
Ferre nequit tantum territa turba ſonum.

Cap. 21.

Legibus hos damnat, qui patrem aliumve trucidant:
Lex ſimul in ſervos, brutaq́; ſæva datur.

Cap. 22.

Furta Deus ſtuprumq́; vetat, cultusq́; profanos
Et Magicam; viduis neminem obeſſe decet.

Cap. 23.

Continuat leges Deus, & tria feſta quotannis,
Vult juſto populus more & honore colat.

Cap. 24.

Ara ſit; eſt fœdus ſanctum; juſſusq́; Jehovam
In ſummo Moſes vertice montis adit.

Cap. 25.

Præcipitur ratio fabricandi fœderis arcam;
Et reliqua ad cultûs vaſa paranda ſacros.

Cap. 26.

Jova tabernaclum, tegumenta, aulæa, tapete
Præſcribit texi qua ratione velit.

Cap. 27.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 27.

triū, & altare, & portā, vela atq; columnas,
Depingit, lychno ferri alimenta jubet.

Cap. 28.

ontificum veſtū quali texenda ſit arte,
Et quâ materiâ, quoq; colore, docet.

Cap. 29.

ontifices monſtrat quâ ſint ratione creandi:
Et quo conveniat ſacrificare modo.

Cap. 30.

ræſcribit Dominus formam thymiamatis aræ,
Omniaq; unguento tingere vaſa jubet.

Cap. 31.

ominat artifices, geminam dat deînde tabel-
Et mandata jubet ſabbatha honore coli. (lā,

Cap. 32.

ob vitulum fractis tabulis ter mille necantur:
Pro populi Moſes crimine vota facit.

Cap. 33.

nte tabernaclum loquitur cum Moſe Johova:
Illius at faciem cernere nemo poteſt.

Cap. 34.

cripta novis Moſes tabulis præcepta reducit:
Candet ei facies; territa turba tremit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 35.

Turba operi gemmas, aurū ſumtusq; miniſtrat
Eximia Moſes eligit arte fabros.

Cap. 36.

Aggrediuntur opus fabri, queîs munera præſtāt
Plura tribus: quam quæ poſtulet illud opus

Cap. 37.

Bezaleël arcam, Cherubim, thymiamatis aram
Cum menſis lychnos, & thymiama facit.

Cap. 38.

Atrium, & altare, & labrum, facit atq; tapetes
Dona refert Moſes quæ data ad illud opus.

Cap. 39.

Texuntur veſtes atq; ornamenta Levitis;
Et cuncta ad Moſen turba parata refert.

Cap. 40.

Structura erigitur, diſponunt ordine partes:
Replevit Domini gloria nube domum.

LEVITICUS.

Caput Primum.

DE pecore, atq; avibus, quo debeat hoſtia ritu
Mactari, Moſen commonet ipſe Deus.

Cap. 2.

Cap. 2.

bure, oleoq; jubet ſimilam conſpergere Minhæ:
Poſt hæc primitiis addere grana monet.

Cap. 3.

o turbâ Domino quæ ſolvat victima grates,
Ex geminis conſtet renibus atq; adipe.

Cap. 4.

ntificis crimen vitulus, populiq; piabit;
Hoſtia peccati principis hircus erit.

Cap. 5.

ui diras reticent, jurant, immundaq; tangunt:
Oblatâ debent ſacrificare caprâ.

Cap. 6.

epoſitum retinens, erepta, inventave cælans,
Reddet ea; in cinerē verti holocauſta decet.

Cap. 7.

æſcriptos repetit ritus, rata portio ſacri,
Danda ſacerdoti, portio certa Deo.

Cap. 8.

igitur indutus cum prole, & vaſibus, Aron:
Sacra ferunt; ſeptem continuata dies.

Cap. 9.

cra parat Myſtes, pro ſe populiq; ſalute; (mat.
Lapſa polo (mirùm) flamma holocauſta cre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 10.

Igne ſacerdotes Abihu, Nadabusq́; necantur:
Sacra Deus peragi ſobrietate jubet.

Cap. 11.

Diſtinguens mundis immunda animalia, quo-
Sit licitum carnes eſſe, Jehova docet. (rum

Cap. 12.

Ad tempus remanere domi fæmella jubetur,
Quæ ſobolem enixa eſt; deîn ſacra ferre Deo.

Cap. 13.

Signa quibus poſsit cognoſci lepra docentur:
Et ſanos vitet turba leproſa homines.

Cap. 14.

Sanati leprâ, quâ ſint ratione piandi;
Quodq́; leproſa domus ſit fugienda, docet.

Cap. 15.

Seminis effluvio ſi vir, mulierve laboret:
Fœda ſit: hoc morbo ſacra levata ferat.

Cap. 16.

Lux certa, & certi ritus, ſacra certa docentur:
Sanctum adyti myſtes cum penetrale ſubit.

Cap. 17.

Ante tabernaclum Domino mactata, ſacerdos
Sacra feret; nulli ſanguis edendus erit.

Cap. 18.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 18.

oncubitus Deus illicitos, moresq́; profanos;
Et ſacra Molochi ſanguinolenta vetat.

Cap. 19.

ulta Deus præcepta bonis de moribus addit,
Præceptis aliis, quæ violare, vetat.

Cap. 20.

ceſtum, Magicam, proprio maledicere patri,
Et Chananæa Deus facta nefanda vetat.

Cap. 21.

unera non tangat myſtes; certoq́; laborans
Defectu, myſtæ munus obire nequit.

Cap. 22.

e ſacris mundi comedent cum prole Levitæ;
Et mendo prohibet ſacra notata Deus.

Cap. 23.

uinq; Deus ſanctê ſervari feſta quotannis
Præcipit; & ſibi quæ ſacra ferenda docet.

Cap. 24.

ent oleum facibus, mutent per ſabbata panes;
Blaſphemos lapident, ordine Jova jubet.

Cap. 25.

pteno ſtatuant anno ſacra ſabbata terræ;
Et decies quinto jubila terra canat.

Cap. 26.

Fata ſecunda bonis promittit, & optima quæq;
Prædicit reprobis triſtia cuncta Deus.

Cap. 27.

Jova ſibi ſolvi mandat, quæ vota voventur:
Aut ea quo precio ſint redimenda, docet.

NUMERI.

Caput Primum.

De quacunq; tribu fortes numerantur ad arma:
Sola Levitarum non capit arma tribus.

Cap. 2.

Ad cœli partes diſponitur ordine turba;
Quæq; locat lecto ſub duce caſtra tribus.

Cap. 3.

Vaſa tabernacli ut ſervet, ſacriſq; miniſtret,
Additur Aroni gens ſata prole Levi.

Cap. 4.

Conſtituit Moſes certos, qui fœderis arcam;
Quiq; tabernaclum, vaſaq; ſacra, gerant.

Cap. 5.

Exſulet immundus caſtris: exploret amaro
Suſpectam uxoris quiſq; liquore fidem.

Cap. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 6,

Nazareis prohibet Dominus tondêre Capillos:
Verba docet populo queîs benedicat Aron.

Cap. 7.

Dona duces cujusq; tribus, Domino ordine portant: (cit.
Per Cherubim ad Moſen verba Jehova fa-

Cap. 8.

Conſtituunt lychnos, & candelabra; Levitas
Mundatos Moſes ad ſacra ritè parat.

Cap. 9.

Paſcha ſacri celebrant: fœdi differre jubentur:
Igne tabernaclum nubeq; Jova tegit.

Cap. 10.

Signa tubæ cantant; ſublatâ nube movere
Caſtra parant; omnes nube manente, manēt.

Cap. 11.

Turba petit carnes, delata ad caſtra coturnix
Eſca fit, è populo plurima turba cadit.

Cap. 12.

Contemnit Moſen Miriam cum fratre; leproſa
Redditur; hanc ſanat Moſe rogante Deus.

Cap. 13.

Explorant Chanaen, referūtq; in vecte racemū:
Se terram hanc quidā vincere poſſe negant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 14.

Fit turbæ ſupplex Moſes cum fratre furenti;
Quam graviter punit vindicis ira DEI.

Cap. 15.

Certa Deus ſibi vult populum ſacra ferre; neca-
Vir ſacrâ lignum qui ſibi luce legit. (tur)

Cap. 16.

Core, Datan, Abyron terræ abſorbentur hiatu:
Indè fremens populi plurima turba cadit.

Cap. 17.

Bis ſex ſervantur virgæ, quas inter Aronis
Dum floret Myſten hunc docet eſſe ſacrum.

Cap. 18.

Cum natis ſacra tractet Aron, vigiletq; Levitæ:
Eſca ſacerdoti pars rata danda Sacri.

Cap. 19.

Servetur Vaccæ cinis extra caſtra crematæ;
Miſtus aquæ immundos mundet ut iſte cinis.

Cap. 20.

Defunctam tumulant Miriam: percuſſaq; petra
Fundit aquas; obit in vertice montis Aron.

Cap. 21.

Hebræi vincunt Chananæos; morſibus angues
Hos lædunt; anguis præſtat ahenus opem.

Cap. 22.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 22.

onducit Balac Bileamum; occurrit eunti
Angelus, humana voce aſina indè ſonat.

Cap. 23.

ſpiciens populi Bileamus caſtra, vocatus
Ad maledicendum, proſpera fata canit.

Cap. 24.

ota ſecunda facit (Balac dolet) èq; Jacobi
Progenie quod ſit Stella oritura canit.

Cap. 25.

urba Moabitis punitur mixta; Sacerdos
Impurum junctâ cum meretrice necat.

Cap. 26.

d bellum quatuor numerantur luſtra gerentes:
Sorte quibus tellus diſtribuenda foret.

Cap. 27.

Hæredes patri debent ſuccedere natæ;
Succedat Moſi Joſua Jova jubet.

Cap. 28.

Quôq; die Dominus geminas offerre bibentes;
Perq; annum quæ ſint ſacra ferenda, monet.

Cap. 29.

Quæ cupiat populum feſto ſacra ferre tubarum;
Quoq; colenda modo cætera feſta, monet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 30.

Virgo vovens, votum, non reclamante parente
Præſtet, idem faciat vir, mulierve vouens.

Cap. 31.

Quinq; cadunt reges, fæmellæ, maſcula pubes:
Et Bileam: populo præda opulenta venit.

Cap. 32.

Rura ſubacta capit Ruben, Gad, parsq; Manaßis,
Sed belli comites quod tamen eſſe velint.

Cap. 33.

Caſtra recenſetur populus queîs fixerit oris:
Sede ſua gentes pellere Jova jubet.

Cap. 34.

Limitibus deſcripta ſuis ſacra terra notatur;
Sint diviſores Joſua, Myſta, duces.

Cap. 35.

Certa piis detur pars terræ, urbesq; Levitis;
Terraq; ſex profugis præſtet aſyla locis.

Cap. 36.

Ne confundatur tribuum poſſeßio, certâ
Fœmellas Dominus nubere lege jubet.

DEVTE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

DEVTERONOMIUM.

Caput Primum.

RES repetit geſtas Moſes, fera murmura plebis,
Atq; iram Domini, bella, fugamq;, refert.

Cap. 2.

Vult parci Dominus natis Moab, Ammō, Edemq;,
Factaq; narratur cum duce pugna Sehon.

Cap. 3.

Excidium repetit Moſes, & funera Baſan:
Jordanem cui non eſt penetrare datum.

Cap. 4.

Si ſervet leges, gens nulla illuſtrior unquam
Hac erit; Idolum ſi colet, illa cadet.

Cap. 5.

Ad populum repetit legum ſacra vincula Moſes:
Et jubet hæc toto pectore quiſq; colat.

Cap. 6.

Quilibet ex toto veneretur corde Jehovam;
Et memoret ſoboli juſſa verenda DEI.

Cap. 7.

Everti Chananæa Deus ſimulachra lareſq;
Mandat; cumq; illis jungere pacta vetat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 8.

Lege DEI expoſitâ Moſes, benefacta recenſet
Illius; hunc toto pectore quisq; colat.

Cap. 9.

Non ob juſticiam gentes ſtirps vincit Hebræa;
Hujus enim Moſes impia facta refert.

Cap. 10.

Exponit mortem fratris, tabulasq; refectas;
Quoq; vocata modo gens ſata prole Levi.

Cap. 11.

Promittit Moſes juſtis bona cuncta; Deiq;
Cordibus & manibus juſſa notare jubet.

Cap. 12.

Vult ſimulachra Deus removeri, arasq; profa-
Sunt ſancto Jovæ ſacra ferenda loco. (nas;

Cap. 13.

Signa licet faciant, falſos jugulare Prophetas
Mandat; & urbs, illos quæ tulit, igne cadat.

Cap. 14.

Stigmata, calviciem, fugiant in funere; munda
Quisquis edat: decimas vult ſibi Jova dari.

Cap. 15.

Quisquis erit liber, cum vênit ſeptimus annus;
Eſt vetitum lanam vellere Primitiis.

Cap. 16.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 16.

Feſta docet Moſes tria, Paſchatis, Hebdomada-
Atq; Tabernacli, quo celebranda modo. (rū

Cap. 17.

Prætores ſtatuant, lapident idola colentes:
Rex pius è mediâ plebe legendus erit.

Cap. 18.

De ſacris Myſtæ vivant: magnumq́; Prophetam
Promittit Moſes; Pſeudopropheta cadet.

Cap. 19.

Qui caſu occidunt, ſex his condantur aſyla;
Mendaces teſtes pœna luenda manet.

Cap. 20.

Traduntur belli leges: & certa jubetur
E bello immunis turba redire domum.

Cap. 21.

Occultæ quâ ſint cædes ratione piandæ,
Quôq; modo poſſit nubere capta, patet.

Cap. 22.

Bruta juvare decet, veſtes mutare vetatur,
Grandis adulterium, ſtupraq́; pœna manet.

Cap. 23.

Eunuchus, Spurius, templo prohibentur & Am-
Uſuram Hebræis gens aliena dabit. (mon,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 24.

Lege licet ſolvi thalamum, novus eſto maritus
Liber, cum viduis advenæ obeſſe nocet.

Cap. 25.

Judicio rixas diſcernant, Semina frater
Excitet, eſt falſum pondus habere nefas.

Cap. 26.

Primitias frugum Domino, Decimasq; Levitis
Solvant, cum terris tertia meßis adeſt.

Cap. 27.

Levibus inſcribant legem ex Jordane lapillis:
Proſpera Garizim fert, maledicit Hebal.

Cap. 28.

Cuncta piis bona ſunt promiſſa, domiq; forisq;,
Eſt ubicunq; malis pœna parata gravis.

Cap. 29.

Pacta DEI Moſes repetit, benefacta recenſet:
Inculcat turbæ ne ſimulachra colat.

Cap. 30.

Diſperſi veniam ſi convertantur habebunt:
Vita piis ſupereſt; mors malefacta manet.

Cap. 31.

Solatur Moſes populum prohibetq; timorem;
Scribat ut hic populo carmina Jova jubet.

Cap. 32.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 32.

armine commemorat Moſes benefacta Jeho-
Cordibus inſcribi ſingula verba jubet, (væ;

Cap. 33.

ter ſeriem tribubus Moſes pia fata precatur;
Felix Hebræum prædicat eſſe genus.

Cap. 34.

romiſſam aſpiciens Nebi de vertice terram,
Obdormit; quem gens luget Hebræa diu.

LIBER JOSUÆ.

Caput Primum.

Oſua promiſſas populo ſit ductor in oras;
Cui recipit ſemper ſe fore præſtò Deus.

Cap. 2.

xploratores cælat Rahab, orat eoſdem,
Ut ſervare velint, ſeq; ſuamq; domum.

Cap. 3.

aſtra movent; intrant Myſtæ cũ fœderis arca
Jordanem; ſiccam præſtitit unda viam.

Cap. 4.

is ſex in medio ponit dux flumine ſaxa,
Et totidem in Gilgal dat ſtatuenda viris.

Cap. 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 5.

Terrentur gentes; præcidi corpora curat
Joſua: Paſcha colunt; Angelus hoſpes adeſt.

Cap. 6.

Corruit urbs Jericho populus dum circuit illam;
Inſtauratorem vota ſiniſtra manent.

Cap. 7.

Ob furtum prædæ ter mille fugantur ab hoſte,
Joſua vota facit: Fur lapidatur Achan.

Cap. 8.

Inſidiis ſimulat poſitis dare Joſua terga:
Rex laqueo, cives enſe, Hais igne, cadunt.

Cap. 9.

Cum Gabaónitis deceptus Joſua, fœdus
Contrahit; aſt illos cædere ligna jubet.

Cap. 10.

Enſe cadunt hoſtes, & grandine, quinq; necan-
Reges; ſol media ſubſtitit arce poli. (tur

Cap. 11.

Joſua Jabinum vincens incidit equorum,
Nervos: & currus igne cremare jubet.

Cap. 12.

Joſua triginta, atq; unius nomina regum
Quos Moſes, & quos vicerit ipſe refert.

Cap. 13.

Cap. 13.

Terra ſubacta novem tribubus, mediæq; Manaſ-
Diviſa ut detur ſorte, Jehova jubet. (ſis,

Cap. 14.

Nulla datur ſanctis terræ pars certa Levitis;
Sed capiunt urbes; Cœpit Hebrona, Caleb.

Cap. 15.

Obveniunt Judæ ter quinq; atq; oppida centum
Tres natos Enakim ſubmovet enſe Caleb.

Cap. 16.

Stirpis Ephrateæ ſors percenſetur; & illa
De Gaſeritarum gente tributa tulit.

Cap. 17.

Marte magis creſcit tribui data terra Manaſſis:
Natabus Salphad pars ſua ſorte venit.

Cap. 18.

Turba tabernaclum ſtatuit; tredecimq; bis urbes
Benjamin, miſſa ſorte habitanda capit.

Cap. 19.

Et tribubus reliquis ſex, eſt data portio terræ;
Joſua dux, urbem quam cupit ipſe, capit.

Cap. 20.

Sex ſtatuunt urbes invitæ cædis aſyla;
His homicida locis tutus ut eſſe queat.

Cap. 21.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 21.

Quadraginta urbes capiunt, octoq́; Levitæ;
Et ſic promiſſum præſtitit omne Deus.

Cap. 22.

Pars, trans Jordanem tribuum reditura, mone-
Ut pia ſit, teſtis conditur ara DEO. (tur)

Cap. 23.

Joſua grandævus Chananæas pellere gentes,
Et ſervare Dei juſſa ſacrata jubet.

Cap. 24.

Enumerat benefacta Dei, lapidem erigit altum
In teſtem pacti Joſua; obitq́; ſenex.

LIBER JUDICUM.

Caput Primum.

DUx Juda eligitur, præciſo pollice vincit
Regem Adombeſecū, mœnia multa capit.

Cap. 2.

Ethnica deplorat reprehenſus fœdera Hebræus;
Et præda eſt hoſti, dum ſimulachra colit.

Cap. 3.

Hebræos bello infeſtat Chananæus; & illos
Servant Othoniel, Semgar, Ehudq́; duces.

Cap. 4.

Cap. 4.

ebræis vates jus dicit fœmina; clavo
Siſſara transfixus tempus utrumq; cadit.

Cap. 5.

um Deborâ Baracus nova cantat carmina Jo-
Magnaq; Jahelis carmine facta refert. (væ;

Cap. 6.

œlitùs adverſos Gedeon armatur in hoſtes:
Rore madet vellus, rore carente ſolo.

Cap. 7.

iſcernit ſocios, hoſtes adit, occupat illos
Somnia narrantes; Zebus, Orebq; cadunt.

Cap. 8.

ccíſos fratres ulciſcitur; indè quieſcit;
Et decies ſeptem pignora cernit; obit.

Cap. 9.

bimelech Gedeone ſatos necat; opprimit illum
Saxum ingens; ſervi mox cadit enſe ſui.

Cap. 10.

hola, Jairq; regunt populum, qui preſſus acer-
Ob ſacra falſa jugo, vota preceſq; facit. (bo

Cap. 11.

iberat Hebræos dux Jephta, vovetq; Jehovæ;
Ex voto natæ funere ſacra facit.

Cap. 12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 12.

Cædit Ephræmæos, vocum è diſcrimine; obit
Succedunt Abeſan, Abdon Elonq́; duces.

Cap. 13.

Angelus apparet, promittit Simſonis ortum;
Sacra parant; natum Simſona numen agit

Cap. 14.

Diſtractus Leo fundit apes; ſponſalia jungit
Simſon; ab uxoris quæſtio fraude patet.

Cap. 15.

Vulpibus incendit ſegetes; & mille Philiſtas
Mala Aſini fundit, quæ quoq; fundit aquam

Cap. 16.

Urbe aufert portas; inimicis crine reſecto
Traditur; evertens atria Cæcus, obit.

Cap. 17.

Fabricat argento ſimulachrum Micha, Levitam
Conductum precio, ſacra parare jubet.

Cap. 18.

Danitæ Lain expugnant, ſimulachraq́; Michæ:
Et Myſten rapiunt, raptaq́; ſacra colunt.

Cap. 19.

Ex ſtupro moritur Gabaëo fœmina; coniux
Exhibuit tantum cuiq; videre nefas.

Cap. 20.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 20.

ebræi oppugnant Gabaæos; huq́; fugantur:
Incendunt urbem; turbaq́; multa cadit.

Cap. 21.

e pereant, parcunt profugâ de ſtirpe relictis;
In Siloh uxores qui rapuere ſibi.

LIBER RUTH.

Caput Primum.

Um natis migrat Elimelech, & conjuge; obitq́;:
Bethlæmamq́; venit Rutha ſecuta ſocrum.

Cap. 2.

utha legit ſocrui ſpicas, per rura Boozi:
Prædicat hunc largum; fauſtaq́; cuncta petit.

Cap. 3.

ccumbit pedibus, ſocru ſuadente, Boozi:
Qui jurans illi dat rata pacta tori.

Cap. 4.

ucit eam uxorem, juri cedente propinquo:
Prodijt ex horum ſemine natus Obed.

LIBER

LIBER PRIMUS SAMUELIS.

Caput Primum.

Cum lachrymis orans ſterilis, fœcunda fit Hanna:
A teneris Samuel ſiſtitur ante Deum.

Cap. 2.

Hanna Deo grates canit; & prolē inſuper au-
Natorum leviter crimina taxat Heli. (get

Cap. 3.

Ter Dominus noctu Samuelem affatur, & illi
Interitum pandit cum patre prolis Heli.

Cap. 4.

Hoſtis Eli natos necat; arcam fœderis aufert:
Hæc patri narrat nuncius; ille cadit.

Cap. 5.

Arca Dei in tēplo frangit ſimulachra Dagonis;
Hanc pœnis monitus mittere quisq; jubet.

Cap. 6.

Imponunt arcam plauſtro, biniſq; juvencis;
Ex Bethſemitis maxima turba perit.

Cap. 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 7.

lis Deus abjectis placatur: Hebræi
Exſcindunt hoſtes, vate petente Deum.

Cap. 8.

vertunt leges nati Samuelis, & omnes
Gentili regem more modoq; petunt.

Cap. 9.

ul aſinas quærens, Samuelem conſulit: ipſe
Hunc noſcens, epulis admovet inde ſacris.

Cap. 10.

git eum regem Samuel; panditq; futura;
Hunc coram populo mox quoq; ſorte probat.

Cap. 11.

ul cogens populū, vincit ſcelerata moventem
Arma Naban: regni priſtina jura novant.

Cap. 12.

um populo Samuel contendit, eumq; reprēdit;
Quem tonitru monitū, mandat amare Deū.

Cap. 13.

lla Philiſta parat; Rex offert ſacra Jehovæ;
Enſe carens populus, ruſtica tela gerit.

Cap. 14.

vadit Jonathan hoſtes; fugientibus inſtant
Hebræi; natum vult jugulare pater.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 15.

Saul Agago parcens, & pinguibus ex grege regno
Excidit; in partes enſe ſecatur Agag.

Cap. 16.

Iſaidum David minimus, de rure vocatus,
Ungitur; & fidibus rege furente canit.

Cap. 17.

Proſternit fundâ Goliathum David, & aufert
Enſe caput; vertens terga Philiſta fugit,

Cap. 18.

Urbs cantat juvenem, ſocer odit, eumq; necare
Tentat: cuî Michol ſponſa, ſed emta, datur.

Cap. 19.

Conjugis arte latet; cuî rex extrema minatur:
Mox inſtar vatis fata futura canit.

Cap. 20.

Davidem excuſat Jonathan; teloq; petitus,
Cum lachrymis monet hunc accelerare fugā.

Cap. 21.

Davidi Abimelech panes, gladiumq; miniſtrat:
Clā videt iſta Doëg: eſt brevis hoſpes Achis.

Cap. 22.

Patria ſe profugo jungit cognatio: Nobæ
Enſe Doëg myſtas, Rege jubente, necat.

Cap. 23.

Cap. 23.

currit Cegilæ David, quem viſit amicus:
Saul illum ſequitur; ſed revocatus abit.

Cap. 24.

ides parcens Sauli; de veſte reſectam
Oſtendit partem: rex probat illud opus.

Cap. 25.

ſcedit vitâ Samuel; conjuxq́ Nabalis
Fert dona Iſaidi; qui ſibi ducit eam.

Cap. 26.

eptum Sauli poclum monſtratur, & haſta;
Davidem hic laudat; fauſtaq́ vota facit.

Cap. 27.

avid Achin, Saulem metuens adit; obtinet urbem
Ziclag; & prædas, hoſte cadente, capit.

Cap. 28.

ul umbram fruſtra Samuelis conſulit; illa
Cum natis regi fata ſuprema canit.

Cap. 29.

avidem belli nolunt ſocium eſſe Philiſtæ;
Ne contra hos Sauli ferre valeret opem.

Cap. 30.

ritur urbs Ziclag, Davide abſente; ſed hoſtes
Occupat ille redux: præda opulenta venit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 31.

Cum tribus in bello natis Saul occidit; illos
Suſpendunt hoſtes; mox tumulantur humo.

LIBER SECUNDUS SAMUELIS.

Caput Primum.

AMalekita, ferens regi, nova falſa, necatur;
Triſte canit David, voce gemente, melos.

Cap. 2.

Conſulto David Domino, rex ungitur; Abner
Isboſethum regni ſceptra tenere cupit.

Cap. 3.

Sex numerat David natos, cui jungitur Abner
Fœdere; quem jugulat, rege dolente, Joab.

Cap. 4.

In ſomno Isboſethum Rechob, atq; Baëna truci-
Sed regi pœnas ſanguine uterq; luit (dant:

Cap. 5.

Eligitur David rex Iſraëlis; ab ipſo
Arx eſt capta Sion: Bisq; Philiſta cadit.

Cap. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 6.

Ducitur arca Dei; tangens hanc Uſa necatur,
Rex timet; ac tandem jubila læta canit.

Cap. 7.

Condere vult templum, prohibet Deus; indicat
Structorem; grates rex canit indè Deo. (ipſi

Cap. 8.

Rex armis ſibi ſubdit Edom, Moab, atq; Phili-
Indè Syros ſternit; largaq; dona capit. (ſtæs;

Cap. 9.

Miphiboſeth Saulis bona poßidet omnia David
Admovet hunc menſæ, patris amore, ſuæ.

Cap. 10.

Davides de morte patris ſolatur Hanonem;
Hic ſervos radit; Rex capere arma jubet.

Cap. 11.

Bethſabeam ſtuprat Rex, ſublatoq; marito,
Ducit eam; Domino hoc diſplicet; illa parit.

Cap. 12.

Objurgat regem Nathan; malefacta dolentem
Abſolvit; Salomon natus; obitq; nothus.

Cap. 13.

Se ſimulans ægrum: Thamarim vi comprimit
Ammon:
Illa dolet; necat hunc Abſolon, atq; fugit.

Cap. 14.

Efficiant precibus Thecuitis, duxq́ꝫ Joâbus;
Ut profugo liceat rurſus adire patrem.

Cap. 15.

Abſolon affectat regnum; pater aufugit ex ſu
Et, ſibi Chuſa velit prodere cuncta, petit.

Cap. 16.

Seba fefellit herum: Simei maledicit eunti:
Abſolon uxores ſtuprat in arce patris.

Cap. 17.

Conſilium mutat Chuſa Achitophelis; & illi
Significat regi; Reſte obit Achitophel.

Cap. 18.

Abſolon è quercu ſuſpenſus crinibus, haſtis
Transfoditur: natum flet periiſſe pater.

Cap. 19.

Rex populum recipit, regem omnis turba redu
Et veniam Simeî, rege favente, capit. (cit)

Cap. 20.

Seba movet populum; gladio cadit Amaſa; Se
Obſeſsâ mulier porrigit urbe caput. (ba)

Cap. 21.

Progenies cruce Saulis obit; tumulare ſepulchr
Rex jubet hanc; magna mole Philiſta cadit

Cap. 22

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 22.

ides pſallit devictis hoſtibus hymnum,
Et cantat gratâ jubila voce DEO.

Cap. 23.

vatem rex eſſe refert ; & pacta Jehovæ
Prædicat : heroum fortia facta canit.

Cap. 24.

ex numerat populũ ; pœnæ datur optio ; peſtis
Eligitur ; populi millia multa cadunt.

LIBER PRIMUS REGUM.

Caput Primum.

ALgentem curat Davidem virgo ; Adonias
Sceptra cupit ; Salomon ſceptra paterna capit.

Cap. 2.

Dat moriens nato David mandata ; Adonias,
Cum Simeiq; Joab, rege jubente, cadunt.

Cap. 3.

Vxorem ducit Salomon : ſapientia voto
Additur : hâc matrum judicat arte doles.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 4.

Narrantur proceres; ſumtusq́ʒ, & copia equori
Rex ſapienter agens, carmina multa cani

Cap. 5.

Huîc gratatur Hiram; templo rex ligna, fa
brosq́ʒ,
Condendo poſcit, munera cœpit Hiram.

Cap. 6.

Structuræ templi partes, & forma refertur;
Septimus hoc ingens perficit annus opus.

Cap. 7.

Regia tecta parant: ſit templi ex ære ſupellex
Candelabra, fores, ara, ſedîle, lebes.

Cap. 8.

Colligitur populus, templum ſubit arca; Jobov
Dat nubem; Salomon ſacra precesq́ʒ facit

Cap. 9

Jova preces audit regis; ſpondetq́ʒ perenne
Imperium; huic auri munera mittit Ophir..

Cap. 10.

Inde Sabæ regina venit; reſponſaq́ʒ regis (pit.
Laudat, ab hac Salomon maxima dona ca-

Cap. 11.

Rex Idola colit; regnum disjungitur, ipſo
Defuncto Roboäm ſceptra paterna regit.

Cap. 12.

Cap. 12.

eficiunt bis quinq; tribus, lapidatur Aduram;
Rex fugit hinc; vitulos Jeroboamus adit.

Cap. 13.

os vitulos vates condemnat: dextera regis
Areſcit; vatem ſuſtulit ore leo.

Cap. 14.

ata canit vates, Roboas obit; aurea Siſach
Vaſa rapit; queîs rex ænea ſubſtituit.

Cap. 15.

patrem ſequitur; cujus poſt funera regnat
Joſaphatus; Nadabum deînde Briëſa necat.

Cap. 16.

ædit Elam Zambri; rex Amrus, Achabq; ſe-
quuntur
Natorum Jerichô funere fundat Hiel,

Cap. 17.

corvis cœlo clauſo nutritur Elias:
Parent Mors, Æther, far, oleumq; viro.

Cap. 18.

romittit pluvias, vatis ſacra cælitùs ignis
Accendit: ſurdi turba Baális obit.

Cap. 19.

ffugit Izabelen, panem fert angelus; offert
Se Deus; eſt vates unctus Eliſa Deo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 20.

Bis regem Syriæ rex vincit Achabus, & illi
Dum parcit, vates nunciat interitum.

Cap. 21.

Nabothus regi vineta negans lapidatur;
Ultorem cædis ſe fore Jova refert.

Cap. 22.

Nunciat exitium Micha, rex hunc carcere clau-
dit,
Sanguis Achab cæſi lingitur ore canum.

LIBER SECUNDUS REGUM.

Caput Primum.

Regis Ochoziæ mortem prædicit Elias:
Cum ducibus famulos cælitus ignis edit.

Cap. 2.

Spiritum Eliſa capit cœlum ſcandentis Eliæ;
Hunc ludunt pueri; mox vorat urſus eos.

Cap. 3.

Joſaphat & Joram pugnant; & Eliſa rogatus,
Producit fontem: cæditur enſe Moab.

Cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 4.

uget Eliſa oleum viduæ; parit hoſpita natū;
Vitaq; defuncti, vate petente, redit.

Cap. 5.

natur leprâ lotus Jordane Naaman:
Pro donis lepram ſervus avarus habet.

Cap. 6.

at fluvio ferrum; Syrios excæcat Eliſa:
Infantem comedit mater adacta fame.

Cap. 7.

octe Syri fugiunt, narrant id in urbe leproſi,
Dux obit; & vili præda emitur pretio.

Cap. 8.

erra fame premitur; Benhadad obit; Haſael
Succedit; Joram ſceptra parentis adit. (illi

Cap. 9.

ex unctus Jehu, Joram necat atq; Ahaſiam:
Izabel eſca canum præcipitata fuit.

Cap. 10.

rogenies cadit omnis Achab; fratresq; Ahaſiæ;
Circumventa aſtu turba Baalis obit.

Cap. 11.

temma Athalia necans regis, regnavit; Joas;
Surrepus rex fit, ferro Athalia cadit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 12.

Rex ſacra tecta pius curat, pro pace dat aurum
Hunc ſervi interimunt: Rex Amaſia datur.

Cap. 13.

Rex Joachaz moritur; Joas ſuccedit Eliſam.
Flet morientem, orat, ter fugat enſe Syros.

Cap. 14.

Rex Amaſia necem patris ultus; fundit Idumen
Vincit eum Joäs; Jeroboäm ſequitur.

Cap. 15.

Leproſum Azariam Joâthamus, Ahasq; ſequun
Zacharias poſt ſe quinq; necatus habet. (tur)

Cap. 16.

Degener oppugnatur Ahas; hoſteſq; rogatus
Aſſyrius fundit: Sacra profanat Ahas.

Cap. 17.

Iſraël Medas captus transfertur ad oras:
Samariæ cives devorat ore leo.

Cap. 18.

Eſt pius Ezechias, dat munera Sennacheribo;
Rabſaces dirâ voce nefanda tonat.

Cap. 19.

Rex orat; promittit opem Deus, angelus hoſtes
Fundit; Sennacherib prolis ab enſe cadit.

Cap. 19.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 20.

ta canit vates, rex orat, fata recedunt;
Sol remeat: regi regius hoſpes obeſt.

Cap. 21.

pius inſtaurat cum prole idola Manaſſes;
Sic pœnam accerſit cum regione ſibi.

Cap. 22.

oſias reficit templum, de lege repertâ
Conſulitur vates; ipſe Jehova favet.

Cap. 23.

ex populo legitur; rex cuncta idola profanat;
Et peregrè moritur; Degenerat Joähas.

Cap. 24.

ojakim afflictus moritur; Babylonis ad oras,
Filius exul abit: Rex Zidechia datur.

Cap. 25.

Chaldæi vaſtant Solymas; rex cæcus & exſul
Migrat; Jochoman rex Babylonis amat.

LIBER PRIMUS PARALIPOMEN.

Caput Primum.

ISacidum ſerie numeratur ſtirpis origo:
Narranturq; duces ordine gentis Edom.

Cap. 2.

Stirps Iſraêlis; Judæq; ab origine proles,
Per capita à primis enumerantur avis.

Cap. 3.

Regia Davidis ſoboles diſtincta refertur:
Et quotquot fuerint à Salomone ſati.

Cap. 4.

Quinq; recenſentur, nati de ſanguine Judæ:
Quoq; modo illorum prole ſit aucta domus.

Cap. 5.

A Simone ſati, ſerie numerantur avitâ:
Et quibus hi ſedes incoluere locis.

Cap. 6.

Narratur Ruben, Gadi, partisq; Manaſſis
Progenies; & ab his pars habitata ſoli.

Cap. 7.

Inde Levitarum genus, atq; propago refertur,
His quoq; quæ dederint oppida quæq; tribus.

Cap. 8.

Sex tribuum ſequitur reliquarum ſtemmatis or-
Et locus his fuerit qua regione ſoli. (do:

Cap. 9.

A Beniamino Saulis numeratur origo;
Quæq; ſit illius ſanguine nata domus.

Cap. 10.

Cap. 10.

rratur Myſtis cuſtodibus atq; Levitis,
Quod fuerit ſacra munus in æde datum.

Cap. 11.

lla Philiſta parat ſe Saul cum prole trucidat:
Hos rapit, & terrâ Gileadita tegit.

Cap. 12.

ligitur David rex ; expugnatq́; Sionem ;
Narrantur fortes, fortiaq; acta ducum.

Cap. 13.

eroum ſeries pertexitur ordine ; Regi
Ungendo unanimi pectore quisq; favet.

Cap. 14.

onvenit Iſrael, vehit arcam, rex canit, Uſa
Peccat : Obededomi ſiſtitur arca domo.

Cap. 15.

littit Hiram Cedros cum fabris : regia proles
Et torus augetur : Bisq; Philiſta cadit.

Cap. 16.

ſtruitur ſedes arcæ, munusq́; Levitæ :
Arca venit : Michol pſallere videt herum.

Cap. 17.

acrificat: panes populo dat, concinit hymnum,
Rex, & cantorum dividit indè choros.

Cap. 18.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 18.

Condere vult templum : Nathan diſſuadet, illi
Viſa refert ; Deus hæc compleat ipſe petit.

Cap. 19.

Devicti bello narrantur ; munera Tohu
Mittit ; deîn procerum nomen, & ordo datur.

Cap. 20.

Legatos Davidis Hanon detondet ; & arma
Conducit ; ſed eum rex Syrioſq; fugat.

Cap. 21.

Rabba cadit, cives ſerris, raſtriſq; necantur :
Rex diadema capit : terq; Philiſta cadit.

Cap. 22.

Multa cadunt plebis numeratæ millia peſte ;
Angelus apparet : Rex holocauſta parat.

Cap. 23.

Materiam templi David parat, & Salomoni
Ut ſtruat hoc mandat, vultq; juvare duces.

Cap. 24.

Ordo levitarum diſtinguitur : omnibus illis
In templo dantur munera certa Dei.

Cap. 25.

Stirpis Aâronis duplex diſtinguitur ordo :
Sorte Levitarum munia quiſq; ſubit.

Cap. 26.

Cap. 26.

Cantorum claſſes vatum de prole leguntur:
Tres facit illorum ſors quoq; miſſa vices.

Cap. 27.

Cuſtodum quatuor ſacra templi antè oſtia claſſes,
Sors facit: argentum ſervat Abia ſacrum.

Cap. 28.

Menſe ducum regi jungit ſe quolibet unus:
Hinc, præfectorum nomen, & ordo datur.

Cap. 29.

Voce patris Salomon ſacra condere tecta monetur:
Juſſaq; conſtanti pectore amare Dei.

Cap. 30.

Conjungunt proceres Davidis munera donis:
Qui canit, & nato fauſta precatus, obit.

LIBER SECUNDUS PARALIPOMEN.

Caput Primum.

MIlle *holocauſta Deo Salomon rex obtulit, illi*
Cor ſapiens Dominus, gloriam opesq; dedit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 2.

Artifices, & ligna Dei rex quærit ad ædem,
Gratatur regi lignaq́; mittit Hiram.

Cap. 3.

In Moriâ templum condunt : obducitur auro
Et domus, & Cherubim, fitq́; columna duplex.

Cap. 4.

Poſt aram faciunt mare, candelabra,, lebetas
Cum menſis pelves, cunctaq́; vaſa, fabri.

Cap. 5.

Collectis tribubus, templum ſubit arca, parātu
Sacra : canunt: templũ nube Jehova reple

Cap. 6.

Rex coram populo, templi ſit proſper ut uſus,
Ex toto ad Dominum pectore vota facit.

Cap. 7.

Flamma holocauſta cremat cœleſtis, noctis in ũ
Promittit regi proſpera cuncta Deus. (bra)

Cap. 8.

Rex urbes munit, ſacra munia dividit : aurum
Navibus ad regem per mare mittit Hiram.

Cap. 9

Verba Sabæ regina audit Salomonis & aurum
Donat : hic ex auro plurima condit: obit.

Cap. 10.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 10.

Narrantur Roboæ reſponſa: necatur Aduram,
Deficiuntq; decem, rege minante, tribus.

Cap. 11.

Bella vetat Roboæ Dominus: Solymasq; Levîtæ
Confugiunt: creſcit regia prole domus.

Cap. 12.

Rex peccat: Siſach rapit aurea vaſa, parantur
Ænea: defuncto regnat Abia patre.

Cap. 13.

Creſcit Abia DEI vincens ope Jeroboamum:
Et pius exſtincto rex datur Aſſa patre.

Cap. 14.

Aſſa abolet ſtatuas, & lucos, oppida munit:
Cui fuſo Serah, præda opulenta venit.

Cap. 15.

Azariæ verbis monitus, ſacra impia delet;
Turba illi pacto fœdere juncta fuit.

Cap. 16.

Auxilio Syrij vincit rex Aſſa Baëſam:
Vincla ſubit vates: morbo obit Aſſa pedum.

Cap. 17.

Joſaphat hunc ſequitur: tollit ſimulachra: reper-
Proponit legem: dona aliunde capit. (tam

Cap. 18.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 18.

Hic & Achab Syrios oppugnant: irrita vates
Arma canit: moritur cuſpide fixus Achab.

Cap. 19.

Joſaphatum culpat vates: is jura per urbes
Conſtituit: Myſtas inſtruit, atq; docet.

Cap. 20.

Bella movent Ammon, Moab, & Seir, hosq; Jehovam
Rex orans fundit: jubila læta canit.

Cap. 21.

Succedit Joram, fratres necat, increpat illum
Thesbites; miſerè rex ſpoliatus obit.

Cap. 22.

Tollit Ahaziam Jehu, regisq; perempti
Excepto Joâ, prolem Athalia necat.

Cap. 23.

Ungitur in regem Joâs, Athalia necatur.
Vera Dei renovant ſacra: jacetq; Baal.

Cap. 24.

Degenerat Joâs, defuncto vate: necatq;
Zachariam: ſervi mox cadit enſe ſui.

Cap. 25.

Latrones Amaſia patris necat: hinc & Idumes
Vaſtat: eum Joâs viſitat, atq; capit.

Cap. 26.

Cap. 26.

ias pius ædificat, vincitq; Philiſtæ:
Punitur leprâ degener & moritur.

Cap. 27.

Joâthan ſequitur, Dominum colit, oppida munit,
Ammon ei victus magna tributa dedit.

Cap. 28.

generavit Ahas: victus ſpoliatur: Obedus
Vult mitti captos: ſacra profanat Ahas.

Cap. 29.

echias renovat templũ, removetq; profana,
Sacrificant, Domino jubila læta canunt.

Cap. 30.

diploma omnes rex ad ſacra convocat: illi
Conveniunt, orant: Paſcha frequenter edũt.

Cap. 31.

uel ſtatuas abolet: rex munia templi
Digerit: eſt Myſtis pars data certa Sacri.

Cap. 32.

timet Aſſyrios, fontes tegit: orat, & hoſtes
Intereunt: peccat, ſed reſipiſcit, obit.

Cap. 33.

ius eſt, exſul reſipiſcit, obitq; Manaſſes:
Ammone ſublato, rex Joſia venit.

Cap. 34.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 34.

Is pius eſt, ſtatuas tollit, templiq́ ruinas
Inſtaurat: legis vult ſacra juſſa legi,

Cap. 35.

Paſcha colunt: templum ſubit arca: dat omnĭbus agnos
Rex, temere pugnans plebe gemente cadit.

Cap. 36.

Regis abit ſoboles, ſacris cum vaſibus, exſul:
Rex Cyrus templi condere tecta jubet.

LIBER ESRÆ.

Caput Primum.

PRæco canit: Cyrus Domino vult condere tēt
Dimittit Judam: vaſaq́ reſtituit. (plum)

Cap. 2.

Per ſeriē reducū numerantur nomina, & urbe
Muneraq́ ad templi tecta novanda ferunt.

Cap. 3.

Conditur ara, colunt feſtum, ſacra multa cremantur
Fundatur templum: Jubila læta canunt.

Cap. 4.

Vicini turbant ſtructuram, falſaq́ Cyro
Scribunt: edicto cœptum inhibetur opus.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 5.

...tinuant vatum monitu ſacra recta, Dario
Præſidis hoc ſcripto ſignificatur opus.

Cap. 6.

...c legit annales: edicto cæpta probantur:
Perficitur templum: binaq; feſta colunt.

Cap. 7.

...c Artaxerxes Eſram dimittit, & illi
Promittit ſumtus: Hinc canit Eſra Deum.

Cap. 8.

...æ narrantur comites, & munera regis:
Jejunant: reduces multa holocauſta ferunt.

Cap. 9.

...ntiles Eſras thalamos flens luget: & orat
Peccato populi parcat ut ira DEI.

Cap. 10.

...nitet admiſſi: dimittitur uxor: & omnes
Narrantur, conjux queîs peregrina fuit.

LIBER NEHEMIÆ.

Caput Primum.

Cognoſcens Judæ Nehemias fata, Jehovam,
Præſtet opem ſolitâ pro bonitate, rogat.

Cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 2.

Ut patriam renovet Nehemias impetrat urbem
Per diploma illi rex dare ligna jubet.

Cap. 3.

Aggrediuntur opus: muri, portæq; novantur
Et ſua condendi portio cuiq; datur.

Cap. 4.

Vim vicina facit gens, & Saneballa: precantur
Læva tenet telum, dextera verſat opus.

Cap. 5.

Conqueritur pauper: Nehemias fœnora tollit,
Præfectus populum non gravat ipſe ſuum.

Cap. 6.

Hoſtis amicitiam vitat: Saneballaq; fingit
Falſa: ſed is cæptum perficit urbis opus.

Cap. 7.

Porta citò claudi, reſerari ſerò jubetur:
Poſt vigiles poſitos, plebs numerata fuit.

Cap. 8.

Lex legitur, populusq; gemens gaudere jubetur
Quisq; ſibi ſcenam fronde virente facit.

Cap. 9.

Confeſſi peccata, Dei *benefacta recenſent:*
Quem cuncti, ut vertat triſtia fata, petunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 10.

mum Domino plebs fœdus init parere jubenti,
Et decimas recipit ſe dare velle DEO.

Cap. 11.

ers populi Solymis habitat; pars occupat urbes
Vicinas; tribuit ſors ſua cuiq; locum.

Cap. 12.

arrantur Myſtæ reduces: Encænia tractant;
Et duplici reſonant jubila læta choro.

Cap. 13.

x arcet ſacris alienos; certa Levitis
Dona ferunt; mandant Sabbatha ritè coli.

LIBER ESTHER.

Caput Primum.

Nſtruit Aſverus convivia; regia conjux
Ejicitur, ſpernens regia juſſa, toro.

Cap. 2.

ther adit Regis thalamum proditq; latronum
Inſidias; quos rex reſte necare jubet.

Cap. 3.

mum Mardochæus non pronus honorat Hama-
Exitium Hebræis omnibus ille parat. (num,

Cap. 4.

Hinc Mardochæus trepidat; bis flagitat Eſth
Auxilium; illa thronum regis adire time

Cap. 5.

Eſther adit regem, qui bis conviva vocatur;
Sed Mardochæo crux poſita alta fuit.

Cap. 6.

Rex memor officij, conſulto mandat Haman
Ut Mardochæum regio honore colat.

Cap. 7.

Proſcriptis Eſther petit ut rex parcat: Hama
In cruce, Judæo quam parat, ipſe perit

Cap. 8.

Suſpenſi capit Eſther opes; Mardochus hono
Rex revocat ſcriptis priſtina juſſa ſuis.

Cap. 9.

Hoſtibus occiſis, & Hamani prole necatâ,
Solenni feſtum more, & honore colunt.

Cap. 10.

Res geſtæ regis; Mardochi gloria, & acta,
Perſarum Chronicis cuncta notata pate

LIBI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

LIBER HIOBI.

Caput Primum.

Iſtus Hiob, Domino placet; at tentator Averni

Hunc ſpoliat ſervis, prole, opibusq; ſuis.

Cap. 2.

ceribus premitur; conjux quem ridet, amici

Solantur; lugent triſtia fata ſimul.

Cap. 3.

atalem damnat; natum ſe luget in orbem:

Quod veniat miſeris mors ſua tarda dolet.

Cap. 4.

am Eliphas Domini juſtā monet eſſe ferendā:

Ante Deum quoniam crimine nemo caret.

Cap. 5.

juſtos premit ira Dei, miranda patrantis;

Qui læſos ſanat; corrigit omne malum.

Cap. 6.

omparat ærumnas in littore Jôbus arenis:

Reſpondet ſociis, & reprehendit eos.

Cap. 7.

ita hominum pugna eſt, homo ventus, vermibus eſca:

Luget Hiob mala, quæ ſint toleranda ſibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 8.

Injuſtos punire Deum, juſtosq́ʒ fovere:
(Inſtruat ut Jobum) Bildad amicus ait.

Cap. 9.

Reſpondet Jobus: nemo eſt ſine crimine; cun
Imperitans Dominus, quæ placuere facit.

Cap. 10.

Job petit ut parcat Dominus; cauſamq́ʒ requ
Pœnarum; vitam ſe ſubiiſſe dolet.

Cap. 11.

Zophar ait: Nonnè hæc proferre vereris iniqu
Peccaſti, melius, ſi reſipiſcis, habes.

Cap. 12.

Jobus amicorum deridet dicta, potentem
Eſſe Deum, & mirum, cuncta creata docet.

Cap. 13.

Expertus vanos confutat Jobus amicos:
Et petit ut parcat, ſupplice voce, Deum.

Cap. 14.

Vita fugax hominum eſt, non illa revertit
Job petit ut liceat fata ſubire ſibi. (ulla)

Cap. 15.

Sermones Eliphas Jobi reprehendit; & omn
Eſſe ait immundos; quos premat ira DEI.

Cap. 1

Cap. 16.

mpeſtivis reſpondet Jobus amicis:
e miſerum immerito talia ferre refert.

Cap. 17.

ſum: caligant oculi, ſum fabula vulgi:
ox mihi pro luce eſt; mors prope, Jobꝰ ait.

Cap. 18.

ondet Bildad; multiſq; recenſet Jôbo;
quâ ratione malos vindicet ira DEI.

Cap. 19.

us ad hæc: ſcio quod vivat meus ille redem-
qui valet ex imo me revocare ſolo. (tor,

Cap. 20.

perit injuſti, perit omnis hypocrita, fruſtra
udat, opes pereunt & bona; Zophar ait.

Cap. 21.

regerit; cur ergò viret? cur floret iniquus?
ur prole exſultat? cur bona cuncta videt?

Cap. 22.

em (Eliphas inquit) pateris pro crimine pœ-
eccaſti; hos mores exſue, ſalvus eris. (nam,

Cap. 23.

us ait: Coram Domino ſi dixero cauſam,
Mundus ero; ſed cor perculit ille meum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 24.

Job ſceleratorum malefacta recenſet, & addit:
Queis ſoleat pœnis plectere iniqua Deus.

Cap. 25.

Bildad ait; regit omne Deus: non eſt bonus mundus,
Ante illum; ſi nec ſydera labe carent.

Cap. 26.

Job regerit; num tu patronus es omnipotenti?
Nemo hominum cujus facta referre valet.

Cap. 27.

Dum ſpiro non vana loquar, mens conſcia recti
Eſt mihi; ſed pœnas turba maligna luet.

Cap. 28.

Eruitur terris aurum; ſapientia vera
A rerum Domino, non aliundè, venit.

Cap. 29.

O ſi nunc eſſem, velut olim, cum mihi multis
Pro meritis merces digna daretur honos.

Cap. 30.

Sed vice jam verſa ſpernor, ſum fabula cunctis
Sum cineri ſimilis, conficit oſſa dolor.

Cap. 31.

Non ego peccavi viſu, nec corde, nec ore;
Nec pede; ſæpe meam ſenſit egenus opem.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 32.

cens Elihu ſenibus; ſapientia certè
Non ſenio, aut annis eſt numeranda, refert.

Cap. 33.

quitur Jobum; cur te ſinè crimine jactas:
Impius es: meritô te premit ira Dei.

Cap. 34.

audite ſenes; Dominum Job dicit iniquum;
Qui tamen eſt juſtus; juſtaq; cuncta facit.

Cap. 35.

nnè Deo juſtus magis es? Nil proderis illi,
Nil oberis; Judex de videt ille reum.

Cap. 36.

ſtus & omnipotens Deus eſt: afflîgit iniquos:
Et juvat inſontes; tu quoq; iniqua fuge.

Cap. 37.

tonat, pluit, & ningit, nubesq; reſolvit:
Is quèm ſit ſapiens talia facta docent.

Cap. 38.

ſpondens Jobo Deus ipſe per æthera, quærit,
Num velut ipſe potens cuncta patrare queat.

Cap. 39.

nnè feras, & aves regis, aut his pabula præſtas?
Job culpam agnoſcens pollice labra premit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 40.

Judiciumnè Dei damnas? ſimilisne tonanti es,
Quem Behemoth, vaſtus ſit licet ipſe, tremit?

Cap. 41.

Num tu fallaci capies Leviathan ab hamo?
Robore qui vincit cuncta ſuperba ſuo.

Cap. 42.

Crimina Job faſſus; duplo majore potitur
Proventu; augetur ſemine, obitq; ſenex.

LIBER PSALMORUM.

Pſalmus Primus.

FElices Domini leges, & juſſa ſequentes:
Impia gens rapidi pulveris inſtar erit.

Pſal. 2.

Cur fremitis gentes? trepidi coiere tyranni:
Rex hodiè eſt Chriſtus, ſubdite colla jugo.

Pſal. 3.

Undiq; me vexant hoſtes; ſed Jova tuetur:
Dormio; confrîngit tela inimica Deus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 4.

irificè ducit ſanctos Deus; impius errat:
Juſtorum curam ſuſtinet ipſe Deus.

Pſal. 5.

endaces tollit Dominus; ſacra limina adibo:
Juſtaq; gaudebit turba, favente DEO.

Pſal. 6.

onfectus macie David, ſua crimina deflet;
Spem nactus veniæ corruat hoſtis ait.

Pſal. 7.

x exſul Simei patitur convicia, cunctis
Hoſtibus exitium, fataq; dura petit.

Pſal. 8.

r canit infantis Dominum; quid age eſt homo, ut illi
Sub pedibus jaceant cuncta creata ſuis?

Pſal. 9.

oſte jacente Deus canitur; qui ſervat egenos,
Conterit injuſtos; judicat omne ſolum.

Pſal. 10.

feſtus Chriſto deſcribitur hoſtis, & illum
Ut ſternat petitur, qui regit aſtra Deus.

Pſal. 11.

juſti tendunt arcum, Deus æthere regnat:
Tutatur juſtos; gens ſcelerata ruet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 12.

Defecere pij, gens impia vana profatur;
Verba DEI argento candidiora nitent.

Pſal. 13.

Cur faciem Deus abſcondis? me reſpice, & hoſtes
Reprime, ne exſultent, ſic tua facta canam.

Pſal. 14.

Inſipiens negat eſſe Deum; ſed is aſpicit omnes
Quos videt errantes odit; amatq; bonos.

Pſal. 15.

Quis montem Domini colet? expers criminis hoſpes,
Qui pius erga omnes pectore, voce, manu.

Pſal. 16.

De Chriſti regno, de, victâ morte, triumpho,
Et de tollenda lege, propheta canit.

Pſal. 17.

Exſcindi pſaltes orat perverſa docentes;
Qui ſibi ceu prædæ vincla necemq; parent.

Pſal. 18.

Prædicat imperium vates, & facta Jehovæ;
Et grates illi liber ab hoſte canit.

Pſal. 19.

Vox Evangelij cunctas exibit in oras,
Facta Dei cœlum, terra, ſalumq; canunt.

Pſal. 21.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 20.

udiat omnipotens reges, horum arma ſecun-
Fidat equis alius, ſpes rata noſtra Deo. (det,

Pſal. 21.

eptra tenet regis Chriſtus, geret ille coronam
Perpetuò; ultorem ſentiet hoſtis eum.

Pſal. 22.

obra, crucem, lachrymas, gemitûs, & vulnera Chriſti
Paſſuri, pſaltes præſcius explicuit.

Pſal. 23.

ſtor ovem Deus in viridi me ſuſtinet agro;
Me paſtum potat; nil mihi deficiet.

Pſal. 24.

ota Dei terra eſt, & quicquid continet illa:
Limina portarum pandite Chriſtus adeſt.

Pſal. 25.

x petit ut ſibi pandat iter, peccata remittat,
Inq; piâ ſervet ſimplicitate, Deus.

Pſal. 26.

e ſcrutare Deus, fugio non recta docentes;
Cum reprobis animam ne rape, quæſo, meam.

Pſal. 27.

x mea rex cœli eſt; hoſtiles temno phalan-
In ſacrâ vivam da precor æde Deus. (ges;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 28.

Jova preces audi; nec me cum gente malignâ
Corripe; pro meritis turba neſanda luat.

Pſal. 29.

Ferte Deo laudes: Domini vox magna, potẽsq;
Confringit cædros; eſt velut ignis edax.

Pſal. 30.

Liber ab interitu; mutato in gaudia luctu,
Rex canit exſultans carmina grata DEO.

Pſal. 31.

Carmina grata Deo canit, & ſolatia miſcet
Plurima: defendi porrô, regiq; petit.

Pſal. 32.

Fœlix cui peccata Deus condonat: iniqua (ge
Gens premitur; Dominum qui timet ille u

Pſal. 33.

Exſultate Deo qui verbo cuncta creavit:
Qui regit, atq; oculis aſpicit omne ſuis.

Pſal. 34.

Jova preces audit; juſtos tegit angelus; ipſe
Aſpicit omnipotens; multa ferenda piis.

Pſal. 35.

Obtrectatores, fucato corde loquentes,
Rex domet ut Dominus ſupplice voce petit.

Pſal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 36.

Hæretici perverſa docent, meditantur iniqua:
Summa Dei bonitas curat, amatq́; bonos.

Pſal. 37.

Injuſtus floret, ſed parvo tempore, tandem
Interit; iraſci deſine, juſtus ovat.

Pſal. 38.

Conſcia mens ſceleris, vario cruciata dolore,
A Domino requiem, ſubſidiumq́; petit.

Pſal. 39.

Injiciam linguæ frænum, gens impia floret;
Vita pio brevis eſt: percipe vota Deus.

Pſal. 40.

David agit grates; ſequitur data juſſa Jehovæ;
Se petit is ſervet; turba maligna ruat.

Pſal. 41.

Qui bonus erga inopes, floret: de fraude ſuorum
Conqueritur Chriſtus; mox patris orat opẽ.

Pſal. 42.

Ut Cervus fontem, ſic mens ſitit ægra Jehovã:
Cur anima es triſtis? ſpem cape, fide DEO.

Pſal. 43.

Ut reditus ſacram pateat petit exſul ad ædem;
Qua pectus verbo triſte levare queat.

Pſal. 44.

Rex queritur miſerâ quod conditione prematur;
Se petit ut patrum more Jehova tegat,

Pſal. 45.

Jungitur hic ſponſo regina Eccleſia Chriſto;
Sponſus honore viget ſponſa pudore nitet,

Pſal. 46.

Robur & auxilium Deus eſt; vis nulla nocebit;
Is removet bellum, tela rotæq́; cremat.

Pſal. 47.

Omne ſolum plaudat; Chriſtus conſcendit in altum,
Voce tubæ; & rerum ſceptra verenda tenet.

Pſal. 48.

Urbs peramœna Sion, cincta eſt hoſtilibus armis;
Sed tamen hæc charâ pellet ab urbe Deus.

Pſal. 49.

Fidentes opibus vates, auroq́; ſuperbos
Perſtringit; Dominus ſervat, amatq́; pios.

Pſal. 50.

Rex cœli loquitur; Tauri nil curo cruorem:
Vota cedò: injuſtus cur mea pacta refert?

Pſal. 51.

Summe pater, miſerere mei, peccata remitte;
Ablue; cor renova; Spiritu adeſto ſacro.

Pſal. 52, 53.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 52.

ur ſcelerate tumes ? veris mendacia præfers ;
Te Deus exſcindet, gente vigente piâ.

Pſal. 53.

mpia gens negat eſſe Deum: Deus omnia cernit
Cuncti errant; nova lux ſurget ab arce Sion.

Pſal. 54.

Iſſere me, pater alme, mihi ferus imminet hoſtis;
Perde malos ; tege me, ſic tibi ſacra feram.

Pſal. 55.

Rex petit ut vafro Dominus ſe ſervet ab hoſte ;
Qui mel voce movet, pectore amara fovet.

Pſal. 56.

Indiq; me premit hoſtis atrox ; Deus opprime iniquos,
Tu numeras fletus, nam tibi fido, meos.

Pſal. 57.

Perſimiles flammis tendunt mihi rete leones,
Educunt foveam : me, pater alme, juva.

Pſal. 58.

Impia quin tandem gens juſta loquetur; ut aſpis
Sævit ; ſed rapidi verticis inſtar erit.

Pſal. 59.

Eripe me, Deus, immeritò quem ſupprimit hoſtis:
Urbis eat circum compita more canum.

Pſal. 60.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 60.

Rex pro pace canit regniq; ſalute Jehovam;
Enumerat populos, quos ditione regat.

Pſal. 61.

De terra clamo, Deus, audi vota; morabor
Æde tuâ, durat, te duce, vita diu.

Pſal. 62.

Fido Deo, qui me velut arx munita tuetur:
Nemo homini fidat, fallitur illa fides.

Pſal. 63.

Mens ſitit ægra Deum; ſacram ſuſpirat ad ædē
Fido Deo: inſequitur (ſed cadet) hoſtis atrox

Pſal. 64.

Me tege, magne parens, acuunt ceu ſpicula linguæ,
Corde dolos nectunt, qui mihi damna parāt.

Pſal. 65.

Te meritò canimus, peccata remitte; beatus
Qui tua templa colit; fruge opibusq; beas:

Pſal. 66.

Jubilet omnis homo, canat omnis terra Jehovā
Sacra feram; populum liberat ille ſuum.

Pſa. 67.

Summe Deus, benedic nobis; te noſcat ut orbis:
Te populi cantant: tu regis omne ſolum.

Pſal. 68.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 68.

...ſtorũ canitur cum regno aſcenſio Chriſti,
Donaq́ꝫ quæ dederit cœlitus ille piis.

Pſal. 69.

...riſtus noſtra ferens in ſtipite crimina, poſcit,
Se pater ut ſervet, turba maligna cadat.

Pſal. 70.

...fer opem, Deus, inſidiis premor, occupat hoſtis
Ora pudor; pia gens ſic tua facta canet.

Pſal. 71.

...e tege, magne parens, tu ſpes mea matris ab alvo es:
Me defende ſenem, ſic tua facta canam.

Pſal. 72.

...nc Chriſti vates deſcribit carmine regnum,
Cui populi, & reges, undiq́ꝫ dona ferant.

Pſal. 73.

...juſtus floret; premitur pius; interit ille,
Ut ſomnus; juſtos ducit, amatq́ꝫ Deus.

Pſal. 74.

...ur abes alme parẽs? hoſtis ſacra vaſtat & urbẽ,
Nos tege, namq́ꝫ potes, fœderis eſto memor.

Pſal. 75.

...e, cano ſumme Deus, cur gens ſcelerata ſuper-
Viq́ꝫ tumet? feces ebibit illa meri. (bit;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 76.

Cognitus in Judâ Deus eſt, ubi fortiter arma,
Telaq; comminuit ; territat ille duces.

Pſal. 77.

Cum premor ad Dominũ clamo: meminiq; prio-
Per mare quod populum duxerit ille ſuũ. (rũ,

Pſal. 78.

Facta Dei pſaltes, populi peccata recenſet ;
Et monet exemplis quemq;, timere Deum.

Pſal. 79.

Hoſtis adeſt, furit, ô Deus, & tua templa profa-
Surge, tuere pios, digna repende malis. (nat,

Pſal. 80.

Paſtor ades, defende gregem, vitemq; tuere,
Nam ſuibus ruptis ſepibus, illa patet.

Pſal. 81.

Exſultate Deo, tuba det Noemenia plauſus ;
Iſraël vanos ne venerare Deos.

Pſal. 82.

Reddite jus inopi, & viduis ; curate pupillos :
Sed nihili hæc facitis, vos quoq; fata manent.

Pſal. 83.

Magne pater, Solymas juncti cinxere Tyranni,
Fac precor, ut tanquam Zebus, Orebq; ca-
dant.

Pſal. 84.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 84.

tria ſunt jucunda DEI; colit illa beatus:
Hîc utinam cuſtos liminis eſſe queam.

Pſal. 85.

ro ſolitâ bonitate Deus miſerere precantum;
Affer opem, creſcat cum pietate fides.

Pſal. 86.

ercipe vota Deus, par eſt tibi nemo Deorum;
Magna tua eſt bonitas, ah miſerere mei.

Pſal. 87.

Montibus eſt fundata Sion, dilecta Jehova;
Quâ vario verbum panditur ore DEI.

Pſal. 88.

xtremis afflicta malis mens ægra, precatur,
Ut ſummi fiat mitior ira DEI.

Pſal. 89.

De Chriſti vates pandit præſagia regno:
Et, Deus ut pacti ſit memor usque, petit.

Pſal. 90.

Perfugium Deus eſt: ceu flos homo tranſigit annos
Ob peccata breves: nos, pater alme, tege.

Pſal. 91.

Qui fidit Domino, nil nocte dieve timebit;
Angelus hunc manibus per loca juſta feret.

Pſal. 92.

Pſal. 92.

Res magna eſt cantare Deum, velut herba vireſcit
Impius: at palmæ vir pius inſtar erit.

Pſal. 93.

Perpetuo Chriſtus regnat: licet æſtuet unda,
Fortior hâc Deus eſt: ſunt rata verba DEI.

Pſal. 94.

Ultor ades ſcelerum, Deus, hoſtes frange furentes
Non pia turba tuâ deſtituetur ope.

Pſal. 95.

Exſultate Deo pſalmis; rex maximus ille eſt:
Ne ſis, ut quondam, gens mea, corde gravi.

Pſal. 96.

Omne ſolũ Jovam canat, omnes munera gentes
Ferte Deo, exſultent æquora, terra, polus.

Pſal. 97.

Rex Deus eſt, lætare ſolum: ſimulachra colentes
Diſpereant: Dominum qui colis, illa fuge.

Pſal. 98.

Quisq; Deo pſallat: notam is dedit eſſe ſalutem:
Tota canat tellus adveniente DEO.

Pſal. 99.

Rex De⁹ eſt, hinc terra fremit, rex diligit æquũ,
Audijt is Moſis, cum Samuele, preces.

Pſal. 100.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 100.

Jubilet omne ſolum Domino : nos ille creavit
Paſtor oves : pſalmis atria adite DEI.

Pſal. 101.

Quos mores princeps, & quos tolerare mini-
Debeat exemplo rex docet ipſe ſuo. (*ſtros*

Pſal. 102.

Innumeris afflicta malis pia turba precatur :
Ut reparet Solymæ diruta tecta Deus.

Pſal. 103.

Hic mens grata Deum laudat, facilemq́ʒ ho-
numqʒ,
Tranſit homo : durat gratia ſola DEI.

Pſal. 104.

Multa creatarum vates miracula rerum
Enumerat : Domino carmina grata canit.

Pſal. 105.

Laudibus extollit pſaltes benefacta Jehovæ :
Quæ populo quondam præſtitit ille ſuo.

Pſal. 106.

Hic populi peccata refert, pœnasqʒ recenſet :
Quodqʒ Deus tulerit ſæpe miſertus opem.

Pſal. 107.

Laude Deus vehitur : quod rebus is unus in arctis
Præſtet opem : debent hæc meminiſſe boni.

Pſal. 108.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 108.

Carmina grata Deo vates, pro pace receptâ,
Pro regno, & purâ relligione, canit.

Pſal. 109.

Hoſtibus exitium Chriſtus dirasq; precatur:
Seq; inopem ſupplex orat ab hoſte tegi.

Pſal. 110.

Æternûm Chriſtus rex eſt; ſummusq; Sacerdos
Et patris ad dextram, paſſus acerba, ſedet.

Pſal. 111.

Hoc cecinere melos, agni Paſchalis ad eſum:
Exhibitâ memores pro bonitate DEI.

Pſal. 112.

Felices puro Dominum qui corde verentur:
Hi benedicentur; turba maligna fremet.

Pſal. 113.

Chriſtus ad occaſum Solis dominatur ab ortu
Erigit ille humiles, corda ſuperba domat.

Pſal. 114.

Hic canit Iſraël Pharijs eductus ab oris,
Per mare, per colles, fortia facta DEI.

Pſal. 115.

Nil ſimulachra valent, ſunt cæca & ſenſibus orba:
Obtinet imperium ſolus ubiq; Deus.

Pſal.

Pſal. 116.

Audivit mea vota Deus; de morte reduxit:
Pocla bibam Domini; jubila grata canam.

Pſal. 117.

Gens omnis laudet Dominum; ſine fine Jehovæ
Cum bonitate pijs gratia firma manet.

Pſal. 118.

Ex toto laudat pſaltes hîc corde Jehovam;
Multaq; de Chriſto rege futura canit.

Pſal. 119.

Prædicat hoc legem tam longo carmine vates;
Seq; regi verbo ſalvificante petit.

Pſal. 120.

Liber ab hereticis cupit eſſe, & fauce bilingui;
Quæ ſe ceu telum prunaq; dira premant.

Pſal. 121.

Ad montes, ſpes unde venit mihi, lumina tollo:
Me Deus inſomnis nocte, dieq; tegit.

Pſal. 122.

Rex gaudet Solymis divina oracla doceri;
Quo cunctæ aſcendant ad ſacra feſta tribus.

Pſal. 123.

Servus ut obſervat Dominum; ſic noſtra Jeho-
Lumina ſuſpiciunt, ut bonus eſſe velit. (vam

Pſal. 124.

Pſal. 124.

Jova pater niſi præſto foret, nos turba voraſſet
Impia; laus illi; vincula rupta jacent.

Pſal. 125.

Qui Domino fidit, ceu mons manet ille Sionis,
Confringet juſtis ſceptra inimica Deus.

Pſal. 126.

Liberi ab Aſſyriis Dominum grato ore canemus
Seminat in fletu gens pia meſſis ovat.

Pſal. 127.

Nî Deus ædificet; Nî ſervet mœnia; noſter
Nil labor eſt; dicat gratia ſola DEI.

Pſal. 128,

Qui Dominũ timet eſt felix; ceu vitis abundans
Uxor erit; natis germina nata videt.

Pſal. 129.

Sæpe meo ſulcos tergo duxere maligni,
Vincla Deus rupit; ſint velut herba mali.

Pſal. 130.

Te voco, ſumme parens; mihi tu peccata remittas
Mens mea quærit opem nocte dieq; tuam.

Pſal. 131.

Non ego cum faſtu meditor ſublimia; ſiſto
Ipſe animam; ut ſoboles lacte tenella carens

Pſal. 132.

um ſacris regnum Dominus ſervare rogatur:
Promiſſis fiſus rex petit iſta DEI.

Pſal. 133.

ens fratrũ concors unguento eſt gratior omni:
Et rore, Hermonis qui juga vere rigat.

Pſal. 134.

r quibus eſt ſacri cuſtodia credita templi,
Cantate, & puras tollite ad aſtra manus.

Pſal. 135.

iſq; Deum laudet, quoniam miracula fecit
Maxima, quæ voluit: nil ſimulachra valent.

Pſal. 136.

o bonitate ſuâ Pſaltes laudare Jehovam:
Illius exponens fortia facta monet.

Pſal. 137.

ptivus luget populus, Babylonis ad undas:
Hoſtibus exitium fataq; dura petit.

Pſal. 138.

x grates Domino canit: & ſuper omnia Chriſtum
Prædicit regem, quem quoq; regna colant.

Pſal. 139.

nne Deus novit: coràm qui cernit ubiq;,
Quod fuit, eſt & erit, ſentiet hoſtis eum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pſal. 140.

Impius inſidias mihi tendit, bella minatur:
Aſſere me; pœnas gens ſcelerata luat.

Pſal. 141.

Me rege, ſumme parens, ne ſecter facta malorum;
Opprime qui falſo pectore falſa docent.

Pſal. 142.

Auxilium Domini ſupplex è carcere poſcit
David; in hoc quia ſpem fixerit ipſe ſuam.

Pſal. 143.

Jus horrens ſtrictũ, veniã mens ægra precatur,
Seq; fero Deus ut ſervet ab hoſte petit.

Pſal. 144.

Pro regno grates Domino rex cantat & orat
Defendi; ſobolem, fauſtaq; cuncta petit.

Pſal. 145.

Pro Chriſti regno pſaltes hoc carmine grates
Cantat, & immenſâ pro bonitate DEI.

Pſal. 146.

Mens mea, pſalle DEO; regi confidere noli;
Eſt homo; fide uni, nam valet ipſe, DEO.

Pſal. 147.

Pro variis Domini meritis, hic dicitur hymnus
Qui fovet & paſcit ſingula, mira facit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

erra, poli, flumen, volucres, animalia, grando,
Exſultent, laudent cuncta creata Deum.

Pſal. 149.

ubilet Iſrael, gentes Eceleſia verbo
Judicet, & regum colla ſuperba liget.

Pſal. 150.

ſallite ubiq; Deo, chordis, citharaq́;, tubisq́;,
Et pſalmis; laudet ſpiritus omnis eum.

LIBER PROVERBIORUM SALOMONIS.

Caput Primum.

NE ſectére malos, fili; Sapientia clamat:
Hanc audi; ſic te præmia larga manent.

Cap. 2.

ſtudio quæris, Deus hanc tibi donat; ab ipſo
Sola datur; tendes ſic ſine labe viam.

Cap. 3.

ide Deo; propriis non nitere viribus; auro
Doctrina eſt melior; gratificare inopi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 4.

Accipe doctrinam, fili, ſapientia creſcet;
Si ſcruteris eam; ne ſociere malis.

Cap. 5.

Blanditias ſcorti fuge: fontem divide, ſed tu
Sis Dominus; gaude conjuge; & eſto bonu

Cap. 6.

Ne piger aut præs ſis; formicam conſule, vita
Sex mala, & alterius ne violato torum.

Cap. 7.

Fige animo mea dicta, puer, ſcortiq; venena
Blanda cave, nam te Ditis ad antra trahun

Cap. 8.

Clamat & invitat cunctos Sapientia; fructus
Convivas etiam ſtulta petit mulier.

Cap. 9.

Ædificat; ſibi convivas Sapientia quærit;
Oblatos cupidè carpere quemq; jubet.

Cap. 10.

Injuſtis juſtos rex confert, & ſapienti
Dementes; Ditat gratia ſola DEI.

Cap. 11.

Non labor eſt idem, nec merces una malorum,
Et Juſti; ſus eſt, fœmina honeſta minus.

Cap. 12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 12.

ſtus & injuſtus non ſorte fruuntur eâdem;
Eximium decus eſt fœmina honeſta viro.

Cap. 13.

s moderare, piger caret; eſt ſpes longa gravamen;
Audi alios; prolem corrige; iniquus eget.

Cap. 14.

uget honeſta domum mulier; diverſaq; ſtultis
Vir ſapiens ſentit, dicit, agitq; viris.

Cap. 15.

r ſapiens, decus eſt; Confertur juſtus iniquo,
Et ſapiens ſtulto; triſte cor oſſa gravat.

Cap. 16.

uncta facit Deus; inflatus cadit; omnia reges
Jura colant: patiens fortibus eſt melior.

Cap. 17.

orda Deus videt, hunc temnit qui ludit egenum:
Diſsimilis ſtulti vita, viriq; boni.

Cap. 18.

s nocet, & prodeſt, Deus eſt arx firma, ſuperbis
Caſurus; conjux res precioſa viro.

Cap. 19.

s volucris nocet; eſt teſti ſua pœna doloſo:
Eſt neglectus egens; ocia, & ira nocent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 20.

Vina nocent: mala lanx, torpor, blaſphemia furta
Sunt damno; verum, donaq; regna decent.

Cap. 21.

Regia corda Deus regit; eſt res peſſima conjux
Litis amans; juſti eſt ſors bona, iniqua mali.

Cap. 22.

Fama opibus melior: vivit cum divite pauper
Noſtra animo juvenis juſſa reconde tuo.

Cap. 23.

Providus ad menſam Ducis eſto; corripe natū:
Sis ſapiens; vinum, ſcorta, nefasq; fuge.

Cap. 24.

Sperne malū, eſt fortis Sapiens: defende necādos:
Diſce: verere Deum, Rus Cole, ſegnis eget.

Cap. 25.

Subditus eſto duci; fuge litem; hoſtesq; cibato
Fama animam recreat; ne nimis alta ſape.

Cap. 26.

Carpitur inſipiens, piger, atq; calumnia, pectus
Fucatum, lites linguaq; falſa loquens.

Cap. 27.

Craſtina ne jactes, laus propria ſordet, amicos
Dilige, ſis ſapiens, ſunt fugitiva bona.

Cap. 28.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 28.

[illegible] *leo vir juſtus; leges obſervat, avarus,*
Injuſtusq; perit, rus cole, paſce inopes.

Cap. 29.

[illegible]x *juſtê regnet, vivit cum paupere Dives:*
Virga docet, ſobolem corripe, faſtus obeſt.

Cap. 30.

Domino pietas victusq; petendus honeſtus,
Luſorem patris, mors truculenta manet.

Cap. 31

[illegible]*na neges Regi: vini da triſtibus hauſtum,*
Uxor honeſta aurum vincit, & urget opus.

[illegible] ECCLESIASTES.

Caput Primum.

[illegible] *Es omnes vanæ: nova tractat nemo, labores*
Quemq; manent, diſcens multa moleſta feret.

Cap. 2.

[illegible]*ntq; voluptates vanæ, ſapientia vincit*
Stultitiam labor eſt res quoq; vana homini.

Cap. 3.

[illegible]*nnia tempus habēt, hominis labor irritus, acta*
Conſiſtunt Domini, ceu pecus errat homo.

 Cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 4.

Vis nócet & livor, cælebs ſine ſine laborat,
Rex cadit, hic ſceptrum carcere miſſus adit.

Cap. 5.

Ante Deum non eſto laquax, tua perfice vota
Sis hilaris, moriens linquit avarus opes.

Cap. 6.

Inter opes qui vivit inops, eſt ſtultus, abortus
Is erit, in vanum quisq; laborat homo.

Cap. 7.

Flet ſapiens, ſtultus gaudet, ſapientia prodeſt
Juſtus obit, meretrix rete, necemq; parat.

Cap. 8.

Regia verba valet, homines labor urget, iniquus
Stat, premitur juſtus, qūq; fruare bonis.

Cap. 9.

Improbus & juſtus, nunc ſorte fruuntur eâdem
Vive bonis, ſapiens robora vincit homo.

Cap. 10.

Stultus honoratur, rex ebrius & puer obſunt
Imperiis, regi fauſta precare tuo.

Cap. 11.

De partis largire aliis; attingere neſcis
Facta DEI, juſto tempore rura colas.

Cap. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 12.

Vive juventa hilaris; fuge triſtia; quære Jehovam,
Ante ſenectutem: judicat ille ſolum.

LIBER CANTICORUM.

Caput Primum.

SPonſa ſuum flagrans Eccleſia quærit amantem:
Is ſponſæ formam laudat, amatq; ſuæ.

Cap. 2.

Ceu roſa ſponſa ſata eſt inter ſpineta, quieſcat
Tuta; venit veris gratia; ſponſa veni.

Cap. 3.

Sponſa ſuum evigilans dilectum quærit in urbe;
Armati adſiſtunt regis ubiq; toro.

Cap. 4.

Membra ſuæ ſponſus dilectæ ſingula laudat:
Hanc horto, & liquidis fontibus aſſimilat.

Cap. 5.

Dilectæ ſponſus ferit oſtia; ſurgit amica
Quærit eum; & formam prædicat egregiam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 6.

Dilectæ ſponſus formam decantat in horto;
Solatur ſponſus ſponſam, ad eamq; redit.

Cap. 7.

Laudando pergit; varijsq; hanc comparat; illi
Rura velit ſecum ſponſus adire, petit.

Cap. 8.

Invitat ſponſum dilecta; amor urit ut ignis;
Exſere ſponſa ſonum, per juga ſponſe fuge.

LIBER JESAIÆ PROPHETÆ.

Caput Primum.

OBjurgat populum cum rege Propheta; Jehovæ
Non holocauſta placent, ſed pia vita placet.

Cap. 2.

Prodibit Chriſtus; poſitis hunc gens colet armis;
Sacra profana ruent; corda ſuperba cadent.

Cap. 3.

Deficient cibus & potus, reſpublica, vates
Ornatusq; loco luctus & angor erit.

Cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 4.

Fronde Dei, gaviſa reſurgent tecta Sionis;
Abluet hæc ſordes; proteget illa pios.

Cap. 5.

Vinea culta prius, ſpreto cultore, peribit;
Pœna parata malis; Barbarus hoſtis adeſt.

Cap. 6.

Cum Domino Seraphim cernit; trepidatq́; Propheta;
Tangitur os prunâ; fata futura capit.

Cap. 7.

Erigitur rex preſſus Achas; ſpreto Immanuele
Hunc Deus objurgat, fata futura docet.

Cap. 8.

Gentilis nihil eſt vis; fœdera temne; loquaces
Ne ſectere Magos; aſt ope vince DEI.

Cap. 9.

Pax oritur nova; Chriſtus adeſt, ſuper omnia (regnat;
Iſraël pœnas ob malefacta luet.

Cap. 10.

Væ tibi qui viduæ pervertis jura; ſuperbus
Virga Dei eſt Aſſur; ſed cadet Aſſur atrox.

Cap. 11.

Virga viret Jeſſæa, feras hæc paſcet, & agnos;
Hac redit Iſrael ad ſua tecta duce.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 12.

Turba redux grates Domino canet, eq; ſalutis
Fonte bibet: fundet Jubila læta Sion.

Cap. 13.

Reginam Babylon Perſæ Mediq; ſuperbam
Vaſtabunt; ſervat Jova tegitq; ſuos.

Cap. 14.

Pace fruens cladem illudet Babylonis Hebræus,
Vindictam Domini ſentiet Aſſur atrox.

Cap. 15.

Pœna Philiſtarum prædicitur; imminet hoſtis
Perfugium miſeris templa Sionis erunt.

Cap. 16.

Pœna Moäbitas manet, exſcidiumq; ſuperbo
Obſeſſa trepidus planget in urbe Moäb.

Cap. 17.

Alta Damaſcus erit ruderum collapſus acervus
Excidium Hebræos ob malefacta manet.

Cap. 18.

Imminet Æthiopis bellum, meßisq; maligna,
Sed tandem Domino gens ea dona feret.

Cap. 19.

Ægyptum premet ira Dei; tandemq; Jehovam
Aſſur, & Ægyptus, pectore & ore colent.

Cap. 2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 20.

ſtibus exuti Æthiopes, atq; accola Nili,
Sunt præda Aſſyriis; mutua pacta nocent.

Cap. 21.

xſcidium Babylonis adeſt; ſimulachraq; Du-
Atq; Arabũ fortes hoſtis ab enſe cadent. (mæ,

Cap. 22.

mminet exitium Solymis; Sebnâq; remoto,
Eliakim patriæ clavis & anſa manet.

Cap. 23.

um Sidone Tyrus tolletur: navita flebit:
Luſtraq; bis ſeptem ſtrata erit alta Tyrus.

Cap. 24.

ontemto Domini tolletur fœdere Juda;
Ad mare gens cantat jubila læta DEO.

Cap. 25.

ræſtò Deus miſeris, epulas parat, opprimit ho-
ſtes; (num.
Devorat is mortem; ſuſcitat oſſa homi-

Cap. 26.

Pro meritis grates cantat pia turba Jehovæ;
Multa premunt juſtos: carne reſurget homo.

Cap. 27.

Serpentes tollet Dominus; vineta virebunt;
Florebitq; Jacob; ſed Synagoga cadet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 28.

Ebria turba cadet, mala contemtoribus inſtant,
Transfert ad gentes dogmata ſacra Deus.

Cap. 29.

Vaſtabunt Solymas gentes : luet impia pœnas
Turba ; Deum læto pectore quærit inops.

Cap. 30.

Non juvat Ægyptus : Domini duce numine vinces ;
Is te reſpiciet : turba prophana cadet.

Cap. 31.

Væ quibus Ægyptus ſpes eſt ; utrinq; peribunt ;
Jova teget Solymas ; & cadet Aſſur atrox.

Cap. 32.

Rex juſtus ſurget : tibi væ Sinagoga ; premetur
Gens pia ; ſed preſſam ſublevat ipſe Deus.

Cap. 33.

Væ tibi qui ſpolias, Deus audit vota precantum
Arx, præſente DEO, tuta Sionis erit.

Cap. 34.

Deſtruet iratus reges, populoſq; Jehova :
Ardebit miſto ſulphure terra pice.

Cap. 35.

Gaudebunt gentes : Chriſtus ſolabitur omnes :
Panditur ad Chriſtum tuta patensq; via.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 36.

ſcidium Solymis Rebſaces triſte minatur;
Hebræosq; Deum poſſe juvare negat.

Cap. 37.

nſulit Ezechias vatem, ſupplexq; precatur;
Audit vota Deus; pellitur hoſtis atrox.

Cap. 38.

x petit æger opem ſupplex; horæq; recedunt;
Sanatur; ſanus carmina læta canit.

Cap. 39.

ſthæc legatis theſauros monſtrat; eumq;
Objurgans vates, fata futura docet.

Cap. 40.

æco venit, pãdatur iter; caro graminis inſtar;
Verba manent Domini; quo duce quisq; viget.

Cap. 41.

uid ſimulachra colens referet? nolito timere,
Gens mea; nã tego te: ſunt ſimulachra nihil.

Cap. 42.

ervus erit Chriſtus: non comminuetur arundo;
Sanabit cæcos; impia turba cadet.

Cap. 43.

il metuas; in aquis Chriſtus tibi adeſt, & in igni:
Mira facit: gratis crimina noſtra tegit:

Cap. 44.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 44.

Sola ſalus Deus eſt; nil ſunt ſimulachra; Jehova
Crimina noſtra abolet, mira patrare valet.

Cap. 45.

Dimittit Cyrus populum: ſolusq́; Jehova
Eſt Deus; hunc erit ſupplice quisq; genu.

Cap. 46.

Te porto mea gens utero: nil ſunt ſimulachra,
Hæc fuge: Sum ſolus, qui regit omne, Deus.

Cap. 47.

Virgo cades Babylon, ſtudijs confiſa Magorum:
Nil prodeſſe poteſt Aſtrologia tibi.

Cap. 48.

Cuncta Deus novit; parcitq́; ut glorificetur;
Juſta docet; mea gens è Babylone fuge.

Cap. 49.

Lux mundi Chriſtus, ceu mater tecta Sionis
Curat; rex flexo poplite dona feret.

Cap. 50.

Ob ſua venduntur Judæi crimina: Chriſtus
Ut cautes, colaphos, verbera, probra, tulit.

Cap. 51.

Me mea gens audi; tranſibunt terra, polusq́;
Ne mala, (conſolor te Deus ipſe) time.

Cap. 52.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cap. 52.

rge Sion, gratis redimeris : nuncia pacis
Dulcia ſunt : gaude : prævio abito DEO.

Cap. 53.

o nobis velut agnus obit, fert vulnera, probra,
Et morbos, Chriſtus: ſurgit, amatq; ſuos.

Cap. 54.

ſulta ſterilis : tentoria pande : Jehova
Vir tuus : æterna eſt pax tibi : & hoſtis obit.

Cap. 55.

ſitis urget ades : dum præſtò eſt, quære : Je-
hovam (agros.
Sermo potens Domini eſt : ut rigat imber

Cap. 56.

ptima lux ſacra ſit: Gentes Deus ipſe fovebit:
Pœna manet mutos : vir ſine labe perit.

Cap. 57.

æ tibi qui ſtudio ſequeris ſimulachra : Johovā
Contrito quærens pectore, ſalvus erit.

Cap. 58.

t tuba doctores clament : jejunia vera
Monſtrantur: Dominus Sabbata vera docet.

Cap. 59

os ſcelus à Domino disjungit: is induit arma:
Puniet : huic firmo eſt fœdere juncta Sion.

Cap. 60.

Cap. 60.

Surge: venit Chriſtus, nova lux eſt gentibus orta;
Accurrent; ſplendet lux ea Sole magis.

Cap. 61.

Chriſtus adeſt ſponſus; qui gaudia triſtibus affert
Æterna: hinc patri carmina grata canit.

Cap. 62.

Voce novâ dilecta Sion dicetur: amatq́;
Sponſus eam: huc totus diriget orbis iter.

Cap. 63.

Torcular ſolus calcavi: veſtibus hinc ſum
Sanguineis: gentes ſuſtulit ira mea.

Cap. 64.

Facta Dei vates celebrat: populumq́; precatur
Servet ut is ſolitâ pro bonitate ſuum.

Cap. 65.

Pœna manet reprobos, montem pia turba Sion
Incolet: & cunctis gentibus ille patet. (n iii)

Cap. 66.

Sacra Deus reprobat Judaica, triſte minatur:
Solatur juſtos: judicat igne ſolum.

LIBER

LIBER JEREMIÆ PROPHETÆ.

Caput Primum.

ELigitur vates Jeremias, fataq; diſcit: (cet
Cum baculo Dominus quid nocet olla do-

Cap. 2.

uod colat Iſrael, Domino Simulachra relicto,
Carpitur: hæc ingens crimina pœna manet.

Cap. 3.

udæi fugiant exemplo idolæ ſororis:
Converſis reſtat gratia; pœna malis.

Cap. 4.

non ex animo reſipiſcis, pœna parata eſt:
Hoſtis adeſt, fugies: dant trepidum æra ſonum.

Cap. 5.

ura, fidesq; jacent: dux & gens impia, pœnas
Ob malefacta dabit: ceu lupus hoſtis erit.

Cap. 6.

uſſa Dei ſunt ſpreta: docet ſacra falſa ſacer-
Peccatis hoſtes præmia digna ferent. (dos:

Cap. 7.

Cap. 7.

Si reſipiſcis adeſt Dominus: cur, impie, jactas
Templum, & iniqua facis? Stat tibi pœna
gravis.

Cap. 8.

Novit avis reditum: neſcit reſipiſcere Juda
Falſa docent: Hoſtis non procul hinnit equu

Cap. 9.

Pœna ciet lachrymas: Dominus diſperget Hebr
Nil jactes: ſed te noſſe & amare Deum.

Cap. 10.

Muta nihil ſimulachra valent: ſolusq; Jehov
Cuncta facit: Judam deſtruet hoſtis atro

Cap. 11.

Pacta Dei violans, quærensq; necare Proph
Occidet: orantem negliget ipſe Deus.

Cap. 12.

Injuſtus floret, tandem cadit: advenit hoſtis:
Abducet Judam: Jova reducet eum.

Cap. 13.

Zona malũ putrefacta docet quod reſtet Hebr
Ob ſcelus exſcidium cum duce turba luet.

Cap. 14.

Imminet atra fames: falſusq; Propheta peribi
Bis, Domini vates parcat ut ira, petit.

Cap. 1

Cap. 15.

rna premet quadruplex Judam, reſtatq́ quibuſdam
Gratia: & attendit, vate rogante, Deus.

Cap. 16.

ccumbet cum prole parens, vel morte, vel atro
Exſilio: quoſdam vult revocare Deus.

Cap. 17.

felix homini fidens: confide Jehovæ:
Perſpicit is renes: Sabbatha ritè cole.

Cap. 18.

gillæ ſimilis Juda eſt: converſio pœnam
Mutat: vatem odit Juda: Deum ille petit.

Cap. 19.

onfringens ollam vates in valle Benhinnom,
Indè Baälicolas triſtia fata docet.

Cap. 20.

o verbis vates fert verbera, vincla, minasq́,
Conqueritur: vitam ſe ſubiiſſe dolet.

Cap. 21.

nſulitur vates: qui peſtem, bella, famemq́
Nunciat: in reprobos ſæviet ipſe Deus.

Cap. 22.

es reges Judæ docet hic ſua fata Propheta:
Quod Jus in vita non coluére ſua.

Cap. 23.

Cap. 23.

Falſa docens cadet : exſurget juſtiſſimus heros
Cuncta replet Dominus: falſe propheta, cadet.

Cap. 24.

Ceu veras ficus, captivos Jova fovebit :
Ut ficus mala, ſic degener omnis erit.

Cap. 25.

Quin etiam Chriſtus non tantum triſtia pridem
Prædixit; fuerant quæ patienda piis,
Sed quoq; prædixit, metam ſe velle modumq;
Ponere; tot mala poſt & dare regna poli.

108.

Adhuc eâdem Domin.

Ex verbis G. Nazianzeni.

Nihil nos magis exhilarat, quam conſcientia bona, & ſpes auxilij divini, &c.

Quandò Dei affligit Satanas Mundusq; miniſtros,
Hosq; premit miſeris perſequiturq; modis:
Nil ſolatur eos ita, quàm mens conſcia recti,
Speſq; ſecuturi cælitùs auxilii.

109.

FESTO PENTECOSTES,
Iohan. 14. & Act. 2.

Diſci-

Diſcipulos ſuper effuſum ſpirabile numen
Poſſe dedit linguis omnibus hiſcè loqui.
Indè liquet populos vocet ad ſua regna quod omnes,
Nec quemquam velit ex his periiſſe, Deus.

110.

Adhuc eod. Feſto.

ALme Paracleti Flatus qui nomine gaudes,
Qui reficis miſeros, mœſtaq; corda levas:
Te precor officio hoc etiam nunc fungere, & omen
Nominis hoc imple, pro bonitate tuâ.
Namq; opus eſt, & id hæc triſtiſſima tempora poſcunt:
Scilicet innumeris tempora plena malis.
Nunc caro, queîs Mundus, Satanasq;, uno impete, prorſus
Conantur Chriſti perdere diſcipulos.
Occupat indè animos angorq; dolorq; piorum:
Nec requies tantis cernitur ulla malis.
Ergò Paracletum præſta hîc te Spiritus alme,
Mœſtaq; corda tua, fac, recreentur ope.
Ne tot deficiant inter mala, ſed melioris
Spe vitæ, forti pectore cuncta ferant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

111.

Adhuc eodem Feſto.

Ex ſententia B. Anshelmi.

SPiritus æthereâ ſacer ut deſcendit ab arce,
Diſcipulos ſuper; his ignea lingua fuit.
Symbolon hoc ignis monſtrat quid conferat ill[e]
Spiritus, in quorum corde habet ipſe locum.
Namq; Ignis velut inflammat; ſic frigida ſan
Spiritus inflammat corda calore ſuo. (ctus)
Ignis ut illuſtrat tenebras; ita pectora ſanctus
Spiritus illuſtrat lumine corda ſuo.
Ignis ut emundat quoq; ſordida, Spiritus igni
Sic etiam emundat ſordida corda ſuo.
Ignis ut exurit ſtipulas; in corde piorum,
Sic ſcelera exurit Spiritus igne ſuo.
Ignis ut adſurgit, ſic ſanctus pectora Flatus
Noſtra facit ſurſum tendere ad aſtra poli.

112.

Adhuc eod. Feſto.

FEſta dies redit exacto feliciter anno, (mus)
Ad magnum ex humili carmine ſurge, ani

Surg

Surge, anime, & meditare Deo nova carmina;
Magna piis iſthac munera miſſa die. (Nā ſunt
Hæc eſt illa dies; leni quâ flamine, Chriſtus
Promiſſum miſit Spiritum ab arce Patris.
Hæc eſt illa dies; ſacro quâ flamine plenis
Diſcipulis biſida & flammea lingua fuit.
Hæc eſt illa dies: uno quâ Idiomata ab ore
Omnia diſcipulis poſſe ſonare datum eſt.
Hæc eſt illa dies; ſtupuit quâ concio, ab ore
Hauſit ut unius quisq; idioma ſuum.
Ergò, anime, his excite bonis pia vota Jehovæ
Solve, tuo canta jubila feſta DEO.
Dic; toto tantas tibi ſolvo pectore grates,
Hæc mea mens quātas ſolvere, Chriſte, poteſt.
Dic; utinā linguis totidem ora reſolvere poſſim,
Germina quot tellus, quot polus aſtra fovet.
Ut tibi, te dignas, valeam ſic dicere grates;
Ut pernox poſſim te reſonare DEUM.
Chriſte, Patri conſors, hominū ſator atq; redem-
Qui ſumpſti humanæ debile carnis opus. (tor,
Quem probra, quem colaphos, quem vincula, vulnera, mortem
Pro me, proq; aliis ſuſtinuiſſe patet:

Te peto per probra per colaphos, per vulnera, &c.
Quo non eſt miſeris nomen amabilius: (illu)
O infunde mihi ſacrati Flaminis hauſtum,
Hoc precor ô cordis mî penetrale reple.
Tu quoq; tu ſacrũ Flamen, ne ſperne vocantem,
Pectoris hoſpitium, quæſo, ſubito meum.
Sordida noſtra lava, rege devia, ſaucia ſana;
Horrida flecte, fove frigida, dura riga.

113.

FERIA II. PENTECOSTES,

Johan. 3.

S*Ummus amor Patris, morientis gratia Nati,*
Arripiensq; Fides munus utrumq; beant.

114.

Aliter.

P*Atris amor noſtræ princeps eſt cauſa ſalutis,*
Mors Nati *medium eſt provenit unde Salus.* *(amorem.*
Dextera, quæ meritum Nati *& quæ* Patris
Accipit, & nobis applicat, una Fides.

115.

Adhuc eâdem Feria.

Cum

Um Pater omnipotens totum dilexerit or-
Pro toto & tulerit Filius orbe necē. (bem.
tq; omnis toto, qui verè hæc credit, in orbe
Sit certò æternæ vitæ habiturus opes.
onne patet, cunctis toto offerat orbe ſalutem,
Quod Deus, & nullum morte perire velit.

116.

ERIA III. PENTECOSTES,
Iohan. 10.

Ic quod ovile ſacrum eſt? Eccleſia. Janua
quænam eſt? (bias?
Chriſtus. Ad hanc quis agit Janitor excu-
piritus Ætherius. Quis Paſtor? Chriſtus &
omnes,
Qui per eum veniunt, & ſacra jura docent.
uis Fur eſt? qui falſa docet, Chriſtoq; relicto,
Vult in ovile aliâ ſe penenetrare viâ. (tur,
am quas dicis oves? Vocem quotcunq; ſequun-
Paſtoris, ſeu ſint fœmina maſve, homines.
is ovibus Paſtor quæ confert commoda? Paſtū
Deducit; ſaturas indè reducit oves.
œleſtes donec tandem traducat ad arces,
Et det eis vitæ gaudia perpetuæ.

Adhuc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

117.

Adhuc eâdem Feriâ.

COeleſtis Chriſtus quia ſolus ïanua ovilis:
Ne tibi quære alia: hoc ad ovile fores.
Si quæris, fur es, raptorq; latroq; nec unquam
Sidera, ſed Stygij Dæmonis antra petes.

118.

DOMINICA S.S. TRINI tatis, Iohan. 3.

IN tenebris, plenus tenebris Nicodemus, Ieſum
Lumine pro tenebris ut potiatur, adit.
Lux Chriſtus tenebras Nicodemi lumine verbi
Pellit, & huic monſtrat ſidera ad alta viã.

119.

Adhuc eâdem Domin.

Ex verbis S. Auguſtini.

Omnís generatus damnatus, nemo liberatus niſi regeneratus.

OMnis damnatus de carne eſt qui caro nat⁹:
Solus ſervatus, qui renovatus homo.

Qu

Qui renovetur homo quæris? Renovatio Sacro
Fonte fit, hanc Flatu perficiente DEI.

120.

Adhuc eâdem Domin.

Serpentum morsûs ſanat Serpentis aheni
Intuitus: Christus *vulnera noſtra levat.*
In cruce ſuſpenſum nam quisquis corde fideli
Hunc videt; in medio funere vivit homo.

121.

DOMINICA I. POST Trinitatis, Luc 16.

LAzarus æger adit ſuperos, petit helluo Avernum:
Non locus hos præter tertius eſſe poteſt.

122.

Adhuc eâd. Domin.

Bina patent vitâ functis habitacula, ſummum
Quod Cælum eſt, imum quod Stygii antra lupi.
Tertia non ſacro eſt habitatio codice nota:
Nec medium invenies, raſa caterva, locum.

Adhuc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Adhuc eâdem Dominicâ.

Qui pius es, preſſusq; crucis ſub pondere cernis
Omnigenis reprobos affluere usq; bonis:
Ne turbere, piis mala poſt patet ætheris aula;
Poſt bona ſed reprobos Tartara dira manent.

124.

DOMINICA II. POST Trinitatis, Luc. 14.

Inſtruxit cœnam Deus, ad quam convocat omnes:
Maxima pars mundi negligit haſce dapes.
Nam multis ſunt rura, boves, nova nuptaq; pluris
Quàm cœlum & vitæ gaudia perpetuæ.

125.

Adhuc eâd. Domin.

Convivam ſi te princeps quis fortè vocaret
Et menſâ vellet participare ſuâ:
Nonnè tibi multum gauderes? nonnè parato
Et prompto hanc cuperes menſā adiiſſe pede

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

…ur, te convivam quandò vocat ipſe Jehova,
Rex ſummꝰ regum, non quoq; promptꝰ ades?

126.

Adhuc eâdem Domin.

Ecquid adhuc locus eſt convivas inter, Jeſu,
E toto ad cœnam quos vocat orbe Pater,
…ui mihimet miſero pateat, qui ſerius adſum,
A menſâ excluſus ne peream eſurie?
…erve Patris Jeſu, qui me tàm ſæpè vocaſti,
Jamq; vocas, vacuum da ſupereſſe locum.
Non jungi cupio Patriarchis, ad latus horum
Me miſerum decet haut fortè ſedere reum.
…at mihi ſi cæcis jungar, de ſepe vocatis:
Sat mihi cum claudis ſi queat eſſe locus.
Nos inter me, Chriſte: loces licet, ultimus ut ſim;
Felicem haud primis me reputabo minus.

127.

Adhuc, eâdem Dominicâ.

Ex verb. B. Gregorij.

Sic tene, quæ hujus mundi ſunt, ne tenearis, ſic terrena res poſſideatur,

tur, ne te poſsideat. Sit res tempo-
ralis in uſu, æterna in deſiderio, &c.

Sic bona poßideas mundi, ne poßidearis,
Sic teneas, ut ab his non tenearis, opes.
Res æterna ſit in votis, terreſtris in uſu,
Quicquid & in mundo eſt, ex latere adſpicias.
Sola ſit ante oculos cæleſtis Patria, ſpectet
Huc tua mens, vota huc omnia cordis eant.

128.

DOMINICA III. POST Trinitatis, Luc. 15.

Quod peccatores Chriſtus, quos pœnitet acti
Criminis, acceptat, cur, Phariſæe, doles?
Si, peccator homo Reſipiſcit quando vel unus,
Angelici gaudent cœlicâ in arce chori?

129.

Adhuc eâdem Dominicâ.

Cum reſipiſcit homo peccator, cœlica gaudent
Agmina; Tartareus ringitur indè lupus.
Contra, cum peccant homines, tunc agmina lu-
Cœlica; tartareus geſtit ovatq; lupus. (gent

Ergo

Ergô peccatum fuge, homo, ne lugeat indè
Angelus, & Stygius gaudeat indè lupus.
Sed potiùs reſipiſce, chorus quò gaudeat indè
Cœlicus, & Stygius lugeat indè lupus.

130.

Adhuc eâd. Domin.

O Ia mihi, Chriſte, reo verè reſipiſcere, cœlo
Angelicis veniant gaudia ut indè choris.
Mei miſer, hiſcè dedi lugendi ſæpiùs anſam
Hactenus, offendi hos crimine quandò gravi.
Nunc igitur, fac, materiam converſus ut illis
Lætitiæ poßim ſuppeditare novæ.

131.

DOMINICA IV. POST Trinitatis, Luc. 6.

Sic miſeri miſerere, Deus miſeretur ut ipſe,
Te natum oſtendas hujus ut eſſe Patris.

132.

Adhuc eâdem Domin.

NE quemquã damnes de crimine, te priꝰ ipſe
Excute, damnandum crimine fortè pari.

Adhuc

133.

Adhuc.

Difficilis res poſſe ſuos eſt cernere nævos;
Alterius nævos cernere res facilis.

134.

Adhuc.

Ne tardes miſero dare largè munus egeno:
Nam data multiplici fœnore dona metes.

135.

Adhuc.

Ex verbis S. Auguſtini.

Miſer homo, quì fæneraris homini; fænerare Deo, & centuplum accipies, & vitam æternam poſsidebis, &c.

Es miſer in terris, homo, fœnora lucraq́ue quæ-
Hîc quæ lucraris ſunt fugitiva bona. (rēs
Qui ſapis in cœlo potius tua fœnora quære;
Ut tibi ſit ſummus debitor ipſe Deus.
Quod fiet, largè dederis ſi munus egenis;
Id reddet multo fœnore namq́ue Deus.

DOMI

DOMINICA V. POST Trinitatis, Luc. 5.

Non hominis labor, at Domini benedictio, ditat,
Retia quod Petri ſatq; ſuperq; docent.
æc ſine piſce manent, dum Petrus nocte laborat
In Chriſti, multo, nomine, piſce ſcatent.

137.

Adhuc eâd. Domin.

Quisquis in officio es, tua Chriſti in nomine laxa
Retia, eritq; tuus non ſine fruge labor.

138.

Adhuc.

Omnis erat Petri, ſinè Chriſto, ſudor inanis;
Cum Chriſto merces magna laboris erat.

139.

Adhuc.

Quicquid agis, fac agas in Chriſti nomine, fructu
Non erit optato ſic ſine, quicquid agis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

140.

Adhuc.

CHriſte, laboranti benedic, mea retia namq;
Ne coner fruſtra, nomine laxo tuo.
Te ſinè quæ tentat quis, niſu tentat inani;
Quæ duce te, facili perficit ille viâ.

141.

DOMINICA VI. POST Trinitatis, Matth. 5.

NIl valet ante Deũ virtus Phariſaica, ſolam
Quære fide Chriſti juſticiam, illa beat.

142.

Adhuc eâd. Domin.

NOn opus externũ modò lex divina requirit
Hæc ſed & internum non minùs urget opus.
Sic prohibet quoq; non enormia crimina tantũ
Sed vetat & motûs pectoris illa malos.

143.

Adhuc.

QUid juvat externo pietatem vendere fuco
Si cor ſit veris intùs inane bonis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

144.

Adhuc.

NOn manus occidit tantum, ſed & ira trucidat,
Torva etiam facies, linguaq; ſæva necant.
Ergò manum cohibeto, iram compeſcito, vultum
Corrigito, & linguæ ponito fræna tuæ.

145.

Adhuc.

SI quem læſiſti, veniam ne quærere differ;
Abſq; morâ ut fratri conciliére tuo.
Læſus es à quoquam, promptꝰ, facilisq; remitte,
Ut Patris exemplum ſic imitere Dëi.

146.

Adhuc.

Ex verbis Bedæ.

Fides impetrat quod Lex imperat.

QUicquid Lex mandat, magnoq; rigore minando
Imperat, in Chriſto hoc impetrat omne fides.

147.

DOMINICA VII. POST Trinitatis, Marc. 8.

SIc auget Chriſti ſeptem benedictio panes,
Millia ut his ſaturet bis duo, ſitq; ſuper.
Ne dubites ergò hunc te poſſe tuosq; cibare,
Pauca licet penui ſint alimenta tuo.

148.

Adhuc eâd. Domin.

SI Chriſtum ſequeris, quamvis ſis omniū egens,
Te tamen haut ſinet hic interiiſſe fame.

149.

Adhuc.

DIſcere vis victum quærendi ſedulus artem
Ne pereas, eſcâ deficiente, fame?
Sis pius, & Chriſti ſuper omnia dilige verbum,
Sic paſcet largâ hic teq; tuosq; manu.

150.

Adhuc.

SI premit ægra fames Cor *Chriſti reſpi*[...]
Dextram
Reſpice, & aure ſimul Verba *reconde tu*[...]

Nam

Namq; tibi rebus ſunt hæc ſolamen in arctis,
Singula perpendas ſi modò corde pio.
Cor *Chriſti ſiquidem victus miſeratur egenos,*
Omnipotens largam Dextera *præſtat opem.*
Verbaq; *teſtantur* Chriſti *miſerentis amorem,*
Promittuntq;, Manus *quem dat amica, cibū.*
Cum premit ergò fames, Cor *Chriſti reſpice,* Dextram
Reſpice, & aure ſimul Verba *reconde tuâ.*
Sic tibi erunt iſthæc rebus ſolamen in arctis
Singula, perpendas ſi modò corde pio.

151.

DOMINICA VIII. POST Trinitatis, Matth. 7.

PElle procul falſos ovium ſub pelle Prophetas,
Chriſte, lupos præter qui nihil intꝰ habent
Da paſtores, ſano qui dogmate paſcant,
Quem roſeo emiſti ſanguine, Chriſte, gregem.

152.

Adhuc eâd. Domin.

Verbis aliquem, ſi quis, vel ſchemate veſtis
Æſtimat, augurio fallitur ille ſuo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Nam velut è foliis non rectè noſcitur arbor,
Hanc ſimul & fructus ni probet eſſe bonam
E verbis ita, vel vultu, vel veſte probari
Nemo poteſt, ſiquidem hæc omnia decipiun

153.

Adhuc eâdem Domin.

NIl *Domini eſt pleno ut nomen quis bucc*
net ore;
Si non quæ Dominus vultq; jubetq; facit.

154.

DOMINICA IX. POS
Trinitatis, Luc 16.

QUicquid *habes, homo, id omne Deus ti*
contulit, ergò
Utere eo, ut ratio reddi aliquandò queat.

155.

Adhuc eâd. Domin.

OEconomus *quis ſit, ſi forſan quæris, iniqu*
Qui bona cæleſtis dilapidavit Heri?
Ipſe tui latebras age pectoris excute; iniquu
Inventu facilis ſic erit Oeconomus.

Adhu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Adhuc.

Cum jubeat Chriſtus de injuſto Mammone amicos
Reddere, cur hoſtes tot facis indè tibi?
Fœnore qui tot & uſuris exſugis egenos,
Sugere avara velut ſanguinem hirudo ſolet.
Crede mihi, non ſic hoſtes modò reddis egenos,
Sed quoq; Chriſtum hoſtem ſic tibi, avare, facis.
Qui non ad ſuperas te Cœli transferet arces;
Ad nigra detrudet ſed Stygii antra lupi.

157.

DOMINICA X. POST Trinitatis, Luc. 19.

Prædicit Solymæ lachrymans ſua funera Chriſtus;
Non gaudere hominum ſe probat indè nece.

158.

Adhuc eâdem Dominicâ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Non precio in templo, precibus ſed, deditus eſto,
Mercantes ſacrâ hinc Chriſtus ab æde fugat.

159.

Adhuc.

Qui lachrymas flentis legit & ſuſpiria Jeſu,
Ecquid homo ſiccas poßit habere genas?
Ut ſua non miſer ipſe fleat peccata, gematq;
Quæ ſcit peccatis ſe meruiſſe, mala.
Namq; aliena ita ſi flet Chriſtꝰ crimina, cur non
Flere ſua ipſe gemens crimina vellet homo?
Quod ſi aliena flet is quoq; damna, pericula, cla-
Belláq;, quis fleret nō propria ipſe mala? (des,

160.

DOMINICA XI. POST Trinitatis, Luc. 18.

Ante Deum quid juſticiâ, Phariſæe, triumphas?
Nullus homo meritis quid valet ante Deum.

161.

Adhuc eâdem Domin.

Crimi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

CRimina gratuita Dominus bonitate remittit, (um.
Per ſua nec merita eſt juſtus homo ante De-

162.

Adhuc.

Juſticiam peccator habet ſua crimina faſſus,
Perdit, qui cælat crimina, juſticiam.

163.

Adhuc.

Injuſtus ſacrâ Phariſéus ab æde recedit,
Juſtus, eò veniens, qui ſibi viſus erat.

164.

Adhuc.

OEjicit alta Deus, Deus erigit altiùs ima;
Quisquis es, hinc timeas ne meritis tumeas

165.

DOMINICA XII. POST Trinitatis, Marc. 7.

AUditum ſurdo reddens, mutoq; loquelam
Chriſtus, ſe verum ſic probat eſſe Deum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

166.

Adhuc eâd. Domin.

Aurem nî reſeret Chriſtꝰ, linguamq; reſolvat
Non facit ulla ſuum lingua vel auris opus.

167.

Adhuc.

Non hominum cura tangi quis dicat Jêſum
Ad muti & ſurdi cum gemat ipſe mala:

168.

Adhuc.

Omnia ceu fecit benè, ſic facit omnia Chriſtus
Nunc benè, ſic faciet poſt quoq; cuncta benè

169.

DOMINICA XIII. POST Trinitatis, Luc. 10.

Omnibus inflixit lethalia vulnera Dæmon
Nec miſeros Moſes Lexve juvare poteſt.
Tu ſolus noſtro medicinam afferre dolori,
Vino oleoq; vales, Chriſte benigne, tuo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Adhuc eâdem Domin.

INdigus omnis opis tibi proximus eſſe putetur;
Quem decet officio te relevare tuo.

171.

Adhuc.

SAucius iſte quis eſt acceptâ clade viator?
Omnis is acceptâ clade viator homo eſt.
Quis latro eſt? Satanas: quæ latro hic vulnera fecit?
Corporis atq; animæ perdidit omne decus.
Quis medicus? Samarita. Quis eſt Samarita? Redemtor
Chriſtus, in aſſumto corpore homo atq; Deus.
…d quo ſanavit medicamine vulnera? Vino
Atq; oleo, infudit quæ duo vulneribus.
Quid vinum notat? eſt lex cordis vulnera purgans;
Ne tardet ſanies atra ſalutis opus.
Quodnam oleum eſt? miſeris meruit quam, gratia, Chriſtus:
Voxq; Evangelii triſtia corda levans.
Hoſpitium quod dicis? Id eſt Eccleſia, quosq;
Excipiens gremio, mater ut alma, ſuo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Hoſpes in hoſpitio hoc quisnam eſt? Quicunque
Commiſſo rectè fungitur officio. (Sacerdos
At groſsi qui ſunt, abiens Samarita miniſtro
Quos dedit, ægrotum curet ut hiſcè, jubens?
Sunt Domini verbum; & Sacramenta addita
Quæ duo ſunt ægris certa medela reis. (verbo?
Quandò redibit ad hoſpitiũ Samarita profectus?
È cœli Chriſtus quandò erit arce redux.

172.

DOMINICA XIV. POST Trinitatis, Luc. 17.

VOx Chriſti lepra mũdat bis quinq; revertit
Unus agens grates: non rediere novem.
Nos cruor à lepra peccati purgat Jëſu;
Pro quo vix decimus munere gratus homo eſt.

173.

Adhuc eâd. Dominicâ.

PEccati leprâ pollutus, Chriſte, medelam
Expeto, te præter quam dare nemo poteſt.
Nempè tuus leprâ me ſanguis mundat ab omni
Sordes hoccè meas ablue, ſalvus ero.

Adhuc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Adhuc.

Ad Jeſum Chriſtum medicum:

Imitatione Samaritani.

PErſolvam medico tibi quæ Soteria, Jeſu:
Qui ſanum è morbo me facis eſſe gravi.
Nam nihil ante oculos niſi plurima mortis ima-
Funereâ tumuli cum ſcrobe, nuper erat. (go,
Et nunc me exanimem, revocatum è faucibus
Efficis inſtructum viribus eſſe novis. (Orci,
Ergò tibi quæ dona feram? quæ munera ſolvam?
Indè prober medico gratus ut eſſe meo?
Non aurū, gemmasve cupis, ſcio; Non holocauſta
Exigis, aut hujus-cætera ſacra-modi.
Offero grati igitur tibi, JESU, munera cordis,
Et medico meditor carmina læta meo.
Queîs ego manè novo, queîs ſero veſpere, JESU,
Te ſinè fine, tuâ pro bonitate, canam.
Sæpius æger ego ſic, quod ſcis Chriſte, vovebam;
Tu rectè hæc valeam ſolvere vota, dabis.

175.

DOMINICA XV. POST Trinitatis, Matth. 6.

DIſparibꝰ velut unus heris non ſerviet unquã
Servus, ita ut Domino fiat utriq; ſatis.
CHRISTO & Mammonæ ſic nemo ſerviet unquam,
Diſplicet huic, illi quandò placere cupit.

176.

Adhuc eâd. Domin.

LIlia qui veſtit, volucres qui paſcit, amictum
Et victum tibi vult ſpontè poteſtq; dare.

177.

Adhuc eâd. Domin.

QUære Dei regnum primò, committe Jehov
Cætera, qui largâ conferet illa manu.

178.

DOMINICA XVI. POST Trinitatis, Luc. 7.

UT viduæ natũ Chriſtus verbo excitat un
Sic nos è tumulo cum revocabit erit.

179.

Adhuc eâd. Domin.

QUO

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quod dux ſit vitæ, quod mors ſit mortis
Jêſus,
Dum juvenem jubet ê morte redire, probat.

180.

Adhuc.

Chriſtus tangit loculum.

Cur Loculꝰ vita functus qua conditur urna
Dicitur? Exiguus nempè quod iſte locus.
Nam licet in vivis homo magnas occupet ædes,
Sufficit huic parvus poſt ſua fata locus.

181.

Adhuc.

Morte tuos placidâ nolito flere ſepultos,
Vult Chriſtꝰ ſummâ hos reddere luce tibi.

182.

DOMINICA XVII. POST Trinitatis, Luc. 14.

Hydropem Chriſtꝰ dum curat muſſat Apella,
Luce ſacrâ hoc fieri qui putat eſſe nefas.
Exemplo Dominus bovis hunc aſiniq; refutans,
Innuit eſſe magis brutum aſino atq; bove.

183.

Adhuc eâd. Domin.

IN *menſâ ſedem noli tibi ſumere primam,*
Ne jubeare imo forte ſedere loco.
Quin imam primo ſedem elige, ſcandere ab imo
Ad primum ut detur, non ſine honore locum.

184.

Adhuc.

E*Xpete ſic ſummum, ne detrudaris ad imum:*
Ut Deus ima levat, ſic premere alta ſolet.

185.

DOMINICA XIIX. POST Trinitatis, Matth. 22.

M*Andat amare Deum lex prima, ſecundaq; fratrem,*
Summa eſt antiqui fœderis iſta brevis.
Quod Deus eſt & homo Chriſtus, qui morte redemit
Nos miſeros; ſumma eſt fœderis iſta novi.

186.

Adhuc eâd. Domin.

Pectore

PEctore amare Deum toto lex prima Jehovæ eſt,
Altera lex, fratrem, ſeſe ut, amare ſuum.

187.

Adhuc.

STulticia adverſus Chriſtum eſt ſapientia mundi,
Quod, tumide, exemplo diſcis, Apella, tuo.

188.

Adhuc.

SI legis damnat quemquam ſententia, Chriſtum
(Nam ſatis hic legi fecit) is arripiat.

189.

DOMINICA XIX. POST Trinitatis, Matth. 9.

OFfertur Chriſto reſolutus membra, remittit
Cuî peccata, ſimul ſanũ eum abire jubet.
Improbat hoc Phariſæus opus, plebs approbat, atq;
Laudat, poſſe homini qui dedit iſta, Deum.

Adhuc

190.

Adhuc eâd. Domin.

QUi petis æger opem, pete ſummo à numine: qualem
Senſit opem membris qui reſolutus erat.
Cui veniam primo commiſſi criminis offert,
Indè procul morbum Chriſtus abeſſe jubet.

191.

DOMINICA XX. POST Trinitatis, Matth. 22.

COnjugio ſtabili juncta eſt Eccleſia Chriſto,
Inſtructa eſt lautis regia menſa cibis.
Convivasq; vocat Rex hæc ad ſacra, venito
Quisquis es, oblatis ut potiare bonis.
Sed cura ut venias in veſte decente, repulsâ
Ne turpi in tenebras ejiciare foras.

192.

Adhuc eâdem Domin.

CUm ſponſa Chriſtus celebrat convivia Sponſus,
Et jubet ad feſtas quemq; venire dapes.

HAS AH

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

as temnunt epulas multi, quibꝰ arva, bovesq;,
Proh pudor, æternis ſunt potiora bonis.
ec dubitant quidam ſervos occidere Sponſi,
Sunt quoq; qui veniunt veſte decente minùs.
ſtultos, ſtolidosq;! Saluſne ita ſpernitur? olim
Ultio contemtum hunc quandò ſequatur erit.

193.

DOMINICA XXI. POST Trinitatis, Johan. 4.

CHriſtus opem Satrapæ moribundo præſtat alumno,
Dum jubet ad patris hunc febre carere preces.

194.

Adhuc eâd. Domin.

CRedulus ut Chriſti confidit Satrapa verbo,
Et Chriſti verbo conſona facta videt.
ſce, homo, ſic etiam Chriſti confidere verbis,
Cernesq; effectum verba habuiſſe ſuum.

195.

DOMINICA XXII. POST Trinitatis, Matth. 18.

Vin

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vin' Deus ut decies tibi mille talenta remittat?
Debita conſervo pauca remitte tuo.

196.

Adhuc eâdem Feriâ.

DEbeo, Chriſte, miſer decies tibi mille talenta,
Solvere nec toties mille talenta queo.
Res deſperata eſt, tua me niſi gratia ſalvet,
Et ſolvat pro me, ſolvere quæ nequeo.

197.

Adhuc.

DEbita conſervo quarè non pauca remittis,
Cum tibi condonet debita tanta Deus:

198.

DOMINICA XXIII. POST Trinitatis, Matth. 22.

CÆſaris eſt nummus, nummus quoq; Numinis extat,
Undè ſibi cenſum vult hic & iſte dari.

Numinis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Numinis eſt nummus COR, *nummus Cæſaris*
AURUM eſt:
Ergò AURUM regi ſolvito, CORq; DEO.

199.

Adhuc eâd. Domin.

NOn mundi imperium nec munia publica
tollit,
Namq; ſuo inſtituit conſilio iſta, Deus.
…us igitur regi eſt parére, & ſolvere cenſum;
Sic tamen ut ſolvas debita juſta Deo.

200.

DOMINICA XXIV. POST Trinitatis, Matth. 9.

MAgna minorq; fides, quarum fuit una
Jairi,
Altera fœmellæ, eſt utraq; grata DEO.

201.

Adhuc, eâdem Dominicâ.

ET mortem, & morbos ſcit Chriſtus pellere,
mortem,
Et morbos Chriſti membra quid ergò timent?

Adhuc

202.

Adhuc eâdem Domin.

SAna ſit, ut Chriſti contingit fœmina veſtem;
Fons ſiquidem ceſſat ſanguinis indè ſui.
Non tamen hanc ſanat, tetigit quam, fimbria, Chriſtus
Hanc ſanat, tetigit quem validâ illa fide.

203.

Adhuc.

Non mortua eſt adoleſcentula, ſed dormit.

Ex verbis B. Chryſoſt. Homil. 29. in Gen.

Mors non ultra mors eſt, ſed nomen tantum habet mortis: Immò & ipſum nomen ſublatum eſt: nam neq; mortem ipſi ultra dicimus, ſed ſoporem & ſomnum.

QUis mortem metuat; cum non mors amplius hæc ſit,
Sed nomen tantum mortis inane gerat?
Immò perdiderit nomen quoq; mortis; JESUS
Nos mortem ſomnum *quãdò vocare jubet.*

DOMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

204.

DOMINICA XXV. POST Trinitaris, Matth. 24.

Mundus ubiq; ſuæ certiſſima ſigna ruinæ
Prodit, ut id cælum, terra, ſaluumq; probant.
Falſiloqui præbent cumprimis ſigna Prophetæ;
Quorum ſe paſſim nunc movet ampla ſeges.
Chriſte, tuére tuos, & quandò reverteris, agnos
Ad dextram fac eos inter habere locum.

205.

Adhuc eâdem Dominicâ.

Exſcidium Solymæ, mundi quod forma cremandi eſt,
Ante fores Chriſtus nunciat eſſe ſuis.

206.

DOMINICA XXVI. POST Trinitatis, Matth. 25.

Ante tuum, Jeſu, ſiſtemur quandò tribunal,
Ad dextram, inter oves, nos age pone tuas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

207.

Adhuc eâd. Domin.

TEmpus erit juſti quo judicis ante tribunal
Stabimus, & propè adeſt tempus id ante fores.
Ergò quottidiè nos quisq; paremus oportet;
Ut ſtemus læti judicis ante thronum.

208.

DOMINICA XXVII. POST Trinitatis, Matth. 25.

VIrginibus ſimiles prudentibus eſte, fideles
Æternæ ſi vos cura ſalutis habet.
Sponſus adeſt, lampas ſit lucida, vaſcula olivum
Affundant, micet ut flamma, ſubindè novum.
Sic, clamor veniet medio cùm noctis: adeſte,
Surgite, in occurſum Sponſi agite, ite Citæ.
Ibitis in thalamum Sponſi ad convivia, nullo
Tempore quæ finem ſunt habitura polo.

209.

Adhuc eâd. Domin.

Ad Textum ex 17. cap. Matthæi.

Solo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

SOle magis Chriſti facies in monte niteſcit,
Indumenta micant candidiora nive.
Cum Moſe Elia: adſtat; Vox Patris ab alto
Auditur; Petrus qui videt iſta ſtupet.
Fallor, an æternæ ſunt hæc præludia vitæ!
Qua potiora fide ſunt bona parta piis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

MICARUM EVANGE-LICARUM

Pars poſterior.

DE FESTIS DIEBUS ANNI-VERSARIIS PRÆCIPUIS.

1.

DIE S. ANDREÆ APO-ſtoli, Matth. 4.

ANdreas ſequitur, te, Chriſte, vocante, relinquens
Rete, ratemq́; : ita fac te quoq; ſponte ſequar.

2.

Adhuc eodem die.

CHriſte, vocans fratres ad munia ſacra; mi-niſtros
Quod verbi deceat mutuò amare doces.

DI

3.

DIE S. NICOLAI EPIſcopi, Luc. 19.

ACceptum ſegnis ne terrâ abſconde talentũ;
Sed multũ hinc facias, ſit tibi cura, lucri.
Domino id tandem magno cum fœnore red-
Poſt bona committat quò potiora tibi. (das:

4.

DIE S. THOMÆ APOſtoli, Johan. 20.

Urrexiſſe negas cur Chriſtum Didyme, poſſis
Tangere ni manibus, cernere luminibus?
x Chriſti eſt; Non qui cernit, tangitq́; beat⁹,
Qui credit nunquam viſa, beatus erit.

5.

DIE S. STEPHANI, Mat. 23. Actor. 6. 7.

MUndus ut accipiat, ſi quæris diſcere Chriſtum:
Exemplo Stephani certior eſſe potes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Dat vitam mundo Chriſtus; ſed funera Chriſti
Mundus, & his, Chriſtum qui coluère, parat.

6.

Adhuc eod. die.

SI tibi cum Stephano pro Chriſto ſit mori-
endum:
Cum Stephano lætum tollito ad aſtra caput.
Qui Stephano cœlos morienti oſtendit apertos
Ille etiam pandet cœlica templa tibi.

7.

Adhuc eod. die.

CUr deſerta jacet Solymèi gloria templi?
Nempè priùs Solymæ deſeruère Deum.
Namq; hominem Deus haud iratus deſerit un-
quam:
Nî peccator homo deſerat ante Deum.

8.

DIE S. JOHANNIS EVVE-angeliſtæ & Apoſtoli, Joh. 21.

PAſce gregem Chriſti, ut benè paſcas dilige
Chriſtum: (oves.
Si minùs hunc quis amat, non amat hujus

Adhuc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

9.

Adhuc.

TU Chriſtum ſequere, & cum Petro dilige Chriſtum,

Ut tua te, reliquos ſic ſua fata manent.

10.

DIE INNOCENTIUM Puerorum, Matth. 2.

QUid poſſit furor & dominãdi inſana libido Herodes, teneros dum necat enſe, docet.

11.

Adhuc eod. die.

HErodes, veniſſe times cur, impie, Chriſtum; Terrea nõ rapit hic regna, dat aſtra puer.

12.

Adhuc.

HOſpitium Chriſto naſcenti Bethla negabat; Huic ſiquidem in ſtabulo vix dabat illa locum:

Sic vilis, ſic ſpretus erat puer. Ultio ſed mox Contemtum gravis hunc pone ſecuta fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Herodes quandò pueros jugulare biennes
Bethlemis juſsit finibus, hoſtis atrox.
Tunc horum infantes, infanti qui antè negârant
Hoſpitium Chriſto; non habuére locum
In cunis, matrumq; ulnis, nec ad ubera & inter
Brachia nutricum. Tanta erat ira ducis.
Quisquis es in Stabulum ne Chriſtum trude, ſed offer
Pectoris hoſpitium huic ſponte lubensq; tui.
Ingratum ne te ſimilis quoq; pœna ſequatur:
Eheu, contemti eſt quàm gravis ira Dei?

13.

DIE CONVERSIONIS Pauli, Actor. 9.

SAulus ut, ante leo, ſit Paulus, mitis ut agnus;
Nec Chriſto noceat, ſed magis hunc doceat:
Id Chriſto debet; mediis qui hunc impedit auſis,
Dum furit, & lectum vas facit eſſe ſibi.

14.

Adhuc eod. die.

INterno Saulus Chriſtum odit lumine cæcus,
Externo Chriſtum lumine cæcus amat.

DIE

15.

DIE PURIFICATIONIS Mariæ, Lucæ 2.

SAnguine Purificat nos crimine Chriſtus ab omni:
Non aliâ purus quis valet eſſe viâ.

16.

Adhuc.

IN templo Chriſtus pro nobis ſiſtitur infans:
Sic quoq; ſe debet ſiſtere quisq; DEO.

17.

Adhuc.

HAnc optas placido vitam qui claudere fine:
Ante oculos Chriſtum cordis habeto tui.
Numē hic eſt tenebras per mortis euntibus, arces
Ad ſuperas, ubi lux eſt ſine fine DEUS.

18.

DIE S. MATTHIÆ APOſtoli, Matth. 11.

COgnita ſunt parvis myſteria, & abdita magnis,
Quæ nobis verbo ſunt patefacta DEI.

Qui mundo ſapiunt, magniq́; ſibi eſſe videntur
Sunt ſtulti, & ſummum ſunt nihil ante
DEUM.

19.

DIE ANNUNCIATIONIS
Mariæ, Luc. 1.

ANgelus apparet Mariæ, dicitq́; futurum,
Ut pariat natum, qui ſit homo atq; Deum.

20.

Adhuc eodem die.

FIt verbum caro, ſit caro verbum: gaudeat omnis
Indè caro, caro ſit carnis amore Deus.

21.

Adhuc.

COncipitur mundus materná Chriſtus in alvo;
Labis & absq; notâ naſcitur indè puer.
Nos in peccatis conceptos mundet ut omni
Crimine, juſticiam & donet habere novam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

22.

DIE S.S. PHILIPPI ET Jacobi, Johan, 14.

Noſcere ſi Patrem vis, noſcere nitere Chriſtum:
Qui Chriſtum novit, novit & ille Patrem.

23.

Adhuc.

Terra vale, Cœlo mihi manſio certa parata eſt,
Per Chriſtum, via ad hanc qui quoq; vera (pius.

24.

DIE NATIVITATIS S. JOhannis Baptiſtæ, Luc. 1.

Mater anus ſterilis fit fœta, paritq; Prophetam,
Agnum qui digito monſtrat adeſſe DEI.

25.

Adhuc eod. die.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

QUi ſterilem fœcundat anum, qui redder
muto
Scit vocem, quod vult perficit omne Deus.

26.

DIE S.S. PETRI ET PAUL
Apoſtolorum, Matth. 16.

CUm Petro docuit Paulus quod petra ſalut
Sit Chriſtus, contra Dæmonis arm
trucis.

27.

Adhuc eod. die.

SUmma brevis veræ fidei eſt confeſſio Petri,
Qua Chriſtum vivi natum ait eſſe DEI.
Hæc inſtar firmæ Petri confeſſio petra eſt,
Vincere quam Stygiæ non valuere minæ.

28.

DIE VISITATIONIS
Mariæ, Luc. 1.

FEſtinat virgo cognatam viſere, poſſit
Illius exemplo quò ſtabilire fidem.

Adhu

29.

Adhuc eod. die.

PRima novi Synodus teſtatur fœderis iſthæc,
Virgo utero natum quod gerat alma Dei:

30.

Adhuc.

QUod cũctis major fuerit Baptiſta Prophetis?
Materno ſaliens embryo ventre, probat.

31.

Adhuc.

MAgnificet pia mens Dominum, quia maxima fecit,
Humano nunquam ſat celebranda ſono.
Reſpexit ſiquidem mala noſtra, memorq; ſalutis
Promiſſæ, natum miſit ab arce poli.
Qui carnem aſſumens noſtrâ de carne, redemit
In mortem merſos crimine patris Adæ,
Ac cœli reparavit opes; exſultet, ovetq;
Hinc homo, cũ Mariâ Magnificetq; Deum.

32.

ƎIOIE MARIÆ MAGDAlenæ, Luc 7.

Magdalis ut lachrymis ſua flet peccata profuſis,
A Chriſto veniam criminis omnis habet.

33.

Adhuc eod. die.

Ex verbis S. Ephraimi lib. 1. de compunct. cordis cap. 11.

Facies quæ abluitur lachrymis immarceſsibilem decorem acquirit.

Abluitur facies lachrymis quæ ſæpiùs; illa
Ante Deum eximio pulchra decore nitet.

34.

Adhuc.

Qui peccatrici condonas crimina gratis,
Crimina noſtra modo, Chriſte, remitte pari.

35.

DIE S. JACOBI APOſtoli, Matth. 20.

In Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

IN Chriſti regno natis loca prima rogatu
Conferri mater vult Zebedæa ſuo.
Chriſte, locum quoq; da tecum mihi, quæſo, roganti;
Si vel poſtremus ſit locus iſte, ſat eſt.

36.

Adhuc eod. die.

ACcipe baptiſmum Chriſti, & calicem bibe, ſi vis
Cum Chriſto fieri magnus in arce poli.

37.

PRIDIE VINCULORUM Petri, Actor. 12.

ANgelus è cœlo ſua ſolvit vincula Petro,
Liberum & è valido carcere abire facit.

38.

Adhuc eod. die.

QUanta precum ſit vis eductus carcere Petrus,
Angelus & cœli miſſus ab arce docent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Namq; pij faciunt pro Petro vota ligato :
Angelus ut Petri vincula ſolvat adeſt.

39.

DIE S. LAURENTII,
Johan. 12.

QUisquis amat vitam perdet, qui perdit ha
bebit, (ru
Si modò Chriſtum alacri corde ſequatur ho

40.

Adhuc.

TRiticum agro ſeritur, moritur; ſed vere vi
reſcit,
Et multo in læta fœnore meſſe redit.
Sic agro Domini ſata corpora noſtra, reſurgen
Vere novo, & quandò poſthuma meſſis ades

41.

DIE S. BARTHOLOMEI,
Lucæ 22.

AMbitio à Chriſti debet procul eſſe miniſtrũ
Curaq; regnandi debet abeſſe procul.

Sceptr

Sceptra decent reges, Chriſti toleranda miniſtris
Crux eſt; ipſe crucem Chriſtus ut antè tulit.

42.

Adhuc eod. die.

QUandò ſuis Chriſtus regnũ cœleſte miniſtris
Diſpoſuit, ſibi ut eſt à Patre diſpoſitũ:
Quid per gaudia, quid per opes id adire, & honores
Quærimus? haud Chriſtum hæc duxit ad aſtra via.
Sed Crux, paupertas, Contemtus & omnia dura,
Pro nobis voluit quæ moriendo pati.
Has inſiſte vias, & pergere alacriter inſta,
Qui Chriſtum cupis ad regna beata ſequi.

43.

DIE DECOLLATIONIS S. JOhannis Baptiſtæ, Marc. 6.

NOn modò præcurſor Chriſti Baptiſta docendo.
Sed quoq; præcurſor mortem obeundo fuit.

44.

Adhuc eod. die.

Quæ dedit Herodi vitam lux, illa Johan
Inter pocla, tulit, rege jubente, ne
cem.
Nam ſua rex celebrans natalia feſta, Johan
nem,
Fœminæ ad inceſtæ vota, necare jubet.

45.

DIE NATIVITATIS Mariæ, Matth. 1.

E Serie Patrum, juſto patet ordine, ſemen
Quod ſit promiſſum Chriſtus Iëſus Abræ.

46.

Adhuc eod. die.

NE tibi ſit mirum Chriſti quod ſtemmatis
ordo,
Exhibeat, labes quos notet atra, reos.
Venit in hunc ſiquidem is mundum ſalvare no-
tatos
Labe, nec illorum reſpuit ergò genus.

DIE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

47.

DIE S. MATTHÆI, APOSTOLI ET EVANGELIſtæ, Matth. 9.

MAtthæus fuerat qui lucra injuſta ſecutus:
Summa ſequi Chriſtum nunc putat eſſe lucra.

48.

Adhuc eod. die.

NOn opus eſt ſanis medico, ſed habentibus ægre,
Hinc ſanus medicum, reſpuit, æger amat.
Sic peccatores Jeſum venerantur, amantq́;,
Turba tumens meritis quem Phariſæa fugit.

49.

Adhuc.

QUi peccatores veniſti quærere, JESU,
Me peccatorem quære, beaq́;, precor.

DIE

50.

DIE S. MICHAELIS ARCHANGELI,
Matth. 18.

CHriſtus adultorum pueros vult eſſe magiſtros,
Exemplo quorum cælica regna petant.
Vult contra puerorum is adultos eſſe miniſtros,
Quos operâ ſtudeat quisq; juvare ſuâ.

51.

Adhuc eod. die.

SCandala ne ponas pueris, vetat ultio ſumma
Numinis, adfectu quod patrio hoſcè fovet.

52.

Adhuc eod. die.

GRatia ſit tibi, Chriſte, quod huc ſervaveris uſque,
Angelicis tutum meq; meosq; Choris.
Hoſcè velis porrò vigiles, precor, addere nobis:
Ne noceant Stygii Dæmonis inſidiæ.

Adhuc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

53.

Adhuc eod. die.

URbs veluti, quæ non valido circumdata muro eſt,
Everti à quovis perfacilè hoſte poteſt.
Sic anima angelicis quæ non ſtipata miniſtris,
Everti à Stygio perfacile hoſte poteſt.
Ergò manè novo, ſero quoq; veſpere, & horâ
Quaq;, pete hos vigiles det tibi adeſſe Deus.

54.

DIE S.S. SIMONIS ET Judæ, Johan. 15.

MAndatum Chriſti eſt dilectio mutua, morem,
Diſcipulus Chriſti qui cupit eſſe, gerat.

55.

Adhuc eod. die.

MUndus amat quæ ſunt ſua, & odit quæ ſua non ſunt:
Æſtimet ergò pius mundi odium omne nihil.

Adhuc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Adhuc eod. die.

QUid mirum eſt ſervos Chriſti ſi mundus hi-
odit ;
Quandò odio huic Dominus non minùs ant-
fuit ?

57.

DIE OMNIUM SANctorum, Matth. 5.

DIſcupit in numero Sanctorum quisquis ha-
beri,
Sanctorum vitam ſervet is atq; fidem.

58.

Aliter.

ADjungi numero Sanctorum quì cupis, horū
Eſſe ſtude ornatus moribus atq; fide.

59.

Adhuc eod. die.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Qui pro juſticiâ patitur probra, vulnera, mortem,
Gaudeat; hunc cœlo præmia larga manent.

60.

FESTO DEDICATIONIS Templi, Luc. 19.

ZAchæus peccator erat, quem viſere Chriſtus
Dignatur, populus murmuret indè licet.
Dimidium Zachæus opum converſus egenti
Dat, quadruplo & reddit fœnore parta bona.
Laudat id, & factam domui huic ait eſſe ſalutem
Chriſtus, qui venit quærere quod periit.

61.

Adhuc.

Ad

JESUM CHRISTUM.

Viſere

V Iſere Zachæum velut hoſpes, Chriſte, vo-
lebas,
Me peccatorem ſic quoq; viſe precor.
Atq; meo veram cordi largire ſalutem;
Hanc ſiquidem, præter te, dare nemo poteſt.

RELIQUIA-
RUM PIARUM,

Partes duæ,

Authore

VVILIELMO ALARDO

P. L. Paſtore Crempenſi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

MAGNIFICO, PERILLUSTRI

& Strenuo Viro,

Dn. CHRISTIANO
FRISIO,

Domino de Kragerup. Equiti
aurato, Cancellario Regis Dani
magno, & regni Senatori primario
Academiæ Hafnienſis conſervatori,
Domino & Patrono meo
honorando

D. D. D.

Guilielmus Alardus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

RELIQVIARUM

Pars prior.

I.

Ex verbis S. Bernhardi.

Sponſam Chriſtus quærit rugâ maculâ carentem, quia non invenit talem, ipſe facit talem, &c.

Vult Chriſtus rugâ Sponſam maculâq; carentem,
Sed talem, quia non invenit, ipſe facit.
Nempê ſui mundat pollutam ſanguinis undâ,
Atq; ſuæ veſtit Syndone juſtitiæ.

2.

Ex verbis ejuſdem, in vita S. Malachiæ.

Videndum ne de ſordibus ſeculi

quid trahamus, non magis quàm d b mi
ſale marino piſces maris.

Quamlibet in ſalsâ piſcis natet æquor
undâ,
De ſale participat nil tamen ille maris.
O ita nil vitæ de ſordibus attrahat hujus,
Per mundi immundi qui mare tranſit, homo.

3.

Ex verbis S. Ambroſij.

Qui facilè maledicit Chriſtianu
non eſt.

Ad maledicendum quem fert petulanti
linguæ:
A Chriſti falsò nomine nomen habet.

4.

Aliter.

Linguâ aliis male - qui petulanti - dicen -
gaudet,
Chriſtiani non eſt nomine dignus homo.

5.

Ex verbis S. Irenæi lib. 4. c. 4.

Deum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Deum nemo ſcire poteſt niſi Deo cente, hoc eſt, ſine Deo non co-oſcitur Deus.

NEmo videre poteſt veluti ſinè lumine lumen,
Sic valet abſq; Deo noſcere nemo Deum.

6.

Ex verbis Pſalmi 90.

Vita noſtra labor & dolor.

rogites hominum vitam quo nomine dicã?
Continuus labor eſt, & ſinè fine dolor.

7.

Ex verbis S. Auguſtini.

Qui lachrymis miſerum ſe fate- , illius Deus miſeretur.

miſerum quisquis lachrymis gemituq; fatetur;
Vult miſereri hujus, qui regit aſtra, Deus.

8.

Ex verbis B Lactantij.

O Homi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Homines malunt exempla quàm verba, quia dicere facilius eſt quam facere.

Quisquis ovile Dei regis, effice non modò verbis
Ut doceas: facto ſed quoq; dicta probes.
Namq; exempla homines malunt quam verba docentum,
Dicere quòd facile eſt, difficile efficere eſt.

9.

Ex verbis Chryſoſt. in 23. Matth.

Quid prodeſt meretrici ſi nomen habeat caſtum? Sic nihil prodeſt peccatori, ſi ſervus Dei dicatur.

Nil prodeſt ſcorto ſi fœmina caſta vocetur:
Nam ſcortum eſt nihilo-quam fuit antè minus,
Sic aliquandò Dei ſi ſervus fortè vocetur,
Vox peccatori proderit iſta nihil.

10.

Ex verbis ejuſdem homil. 42. ſuper Acta Apoſt.

Magnum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Magnum bonum eſt afflictio: Et hoc â pueris noſtris diſcimus; nam abſq; afflictione nihil utile diſcunt. Noſter autem pœdagogus eſt afflictio.

Quæ premit hîc quantū nobis afflictio proſit,
A pueris promptum eſt diſcere cuique ſuis.
Ferulâ ſinè ceu diſcunt nihil utile; ſic nos
Efficimus recti nil ferula abſq; crucis.

11.

Ex verbis Hugonis.

Charitas Deo ita familiaris eſt, ut Deus ibi eſſe nolit, ubi charitas non fuerit.

Quàm ſit grata Deo dilectio, noſcitur indè;
Quod Deus, hæc ubi non eſt, nec ibi eſſe (velit.

12.

Ex verbis S. Auguſtini.

Si quem ſuperbum vides, filium Diaboli non dubites.

CRede mihi; ſi quem conſpexeris eſſe ſuperbum;
Hunc Stygij ſobolem Dæmonis eſſe liquet.

13.

Ex verbis ejuſdem.

Non poteſt Deum in cœlis habere patrem, qui non habet Eccleſiam in terris matrem.

IN terris fuerit cui non Eccleſia mater;
Huic non in cœlis vult Deus eſſe pater.

14.

Ex verbis Thomæ de Kempis.

Si non uteris ſcuto Patientiæ, non eris diu ſine vulnere.

SI tibi non ſit, homo, validum patientia ſcutum:
Non expers poteris vulneris eſſe diu.

15.

Ex verbis Nili Epiſcopi.

Inter tribulationes ipſæ virtutes

quem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

quemadmodum inter ſpinas roſæ naſcuntur.

PUlchra velut ſpinas inter roſa naſcitur, inter
Sic tribulos virtus germinat alma crucis.

16.

Ex verbis S. Auguſtini.

Titulus Pſalmi indicat in limine, quid agatur in domo.

PSalmorum tituli monſtrant in limine quan- (tas
Servent divitias interiora domus.

17.

Ex verbis S. Bernhardi, ſer. de modo benè viven. 40.

Sine ferro Martyr eſſe poteris, ſi patientiam in animo veraciter conſervaveris, &c.

ABsq; potes ferro fieri & ſine vulnere martyr,
Quæq; adverſa animo ſi patiēte feras.

Ex verbis S. Johannis Baptiſtæ:
Johan. 3. v. 27.

Non poteſt homo accipere qui-
quam, niſi fuerit ei datum de cœlo.

NEmo poteſt hominum ſibi quicquam ſume-
re, ſi non
Numinis id donet cœlitus alma manus.
Si cupis ergò boni quid: deſuper illud ab iſtho.
Munere gratuito poſcito fonte dari.

19.

Ex verbis S Baſilij.

Pietas eſt pulcherrimum epita-
phium hominis Chriſtiani.

MArmore de Pario tibi ſi monumenta n
gantur,
Et tua vix vilis contegit oſſa lapis.
Ne turbére, pius modò ſis: Nam nomen h
neſtum,
Et Pietas homini ſunt monumenta pio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

20.

Ex verbis Simonis de Caſſia lib. 13.

Nihil poteſt dici parvum aut modicum, quod datur à Deo. Omne minimum magnum eſt, ſi æſtimetur magnitudo donantis.

Nil unquam dici parvum, modicumve meretur,
Quod ſummi donat numinis alma manus.
Quin minimum magnum eſt, pro majeſtate datoris;
Si juſto donum pondere penſet homo.

21.

Ex verbis B. Lutheri.

Si dare Principibus mihi fas inſignia ſummis,
Quæ deceant Patriæ condecorentq; Patre:
Non urſos ego, non Gryphesve, truceſve leones,
Cornua non cervi, non Bovis ora darem:
Sed potius PANEM pro inſini ponere vellem;
Quo magè nil decorat principis arma boni.
Namq; Pater patriæ Princeps, qui in pace tuetur
Imperium, atq; hoſtes ſubmovet enſe feros,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

PANE cibat ſibi ſubjectos, & nomine panis
Quod venit, hoc populo ſufficit omne ſuo.
Mars contrà vaſtans ſata læta, boumq́ꝫ labor.
Per miſeram accelerat triſtia fata famem..

22.

Ex verbis S. Auguſtini.

Tota vita Chriſti crux fuit & Martyrium, & tu quæris gaudium?

Hic vitam inſpicias ſi Servatoris Jëſu,
Illa nihil niſi Crux Martyriumq́ꝫ fuit:
Et tibi delicias & gaudia quærere mundi,
Diſcipulus Chriſti qui cupis eſſe, velis?

23.

Ex verbis Tertulliani.

Si accuſare ſufficit, quis innocens erit?

Accuſare aliquem ſi ſufficit, eſſe quis inſons
Poßit? Id expertus filius ipſe Dei eſt.
Nam licet hic, omnes inter ſanctiſsimus unus:
Convinci haut poſſet criminis eſſe reus:
Falsò accuſantum tamen eſt reus actus ab ore
Damnatus miſerâ morte perire crucis.

H

Ex verbis S. Baſilij Mag. conc. Attende tibi ipſi.

Fugiamus peccatum velut bruta dulia venenata fugiunt. Perſe-uentes autem juſticiam, velut illa erſequuntur herbas alimentum ræbentes.

NOxia ceu fugiunt animalia bruta venena;
Sic peccata, animæ dira venena, fuge.
t velut hæc carpunt alimenta ſalubria, cura
Sic tibi ſit fidei juſticiæq; vide.

25.

Ex verbis B. Chryſoſtomi.

CLarius ut ſplēdet clauſtris exemta lucernæ,
Quæ cornu micuit clauſa Lucerna minus:
c anima è clauſtris ubi corporis exit ad aſtra
Clarius in ſuperâ, quàm prius, arce micat.

26.

Ex verbis S. Bernhardi.

Bonus non eſt qui melior eſſe non vult, &c.

Non bonus eſt, melior qui non cupit eſſe; m...
unquam
Doctus is eſt, qui non doctior eſſe cupit.

27.

Ex verbis ejuſdem.

Diſcere ſemper ama: Non quærunt namq; ...
Magiſtros,
Diſcipulos quærunt enthea verba Dei.

28.

Ex verbis, neſcio cujus.

Olim habuerunt Chriſtiani obſcura templa, ſed lucida corda: nunc contra habent lucida templa, & obſcura corda.

Olim Chriſticolis ubi tẽpla obſcura fuerunt,
Lucida eis contra templa fuere magis.
Contra ubi Chriſticolis ſunt lucida pulchra templa,
Nunc obſcura illis corda quis eſſe neget?

Brev

29.

Breviùs.

Lucida corda piis, ubi templa obſcura, fuerunt:
Nunc obſcura illis corda, ubi templa nitent.

30.

Exodi 17. v. 6.

Petra percuſſa fundit aquam.

Quis mirum neget eſſe, Deus quod flumina petram
Percuſſam baculo fundere fecit aquæ?
Non mirum minus eſſe puta, quod fundere legis
Attactu lachrymas ſaxea corda facit.

31.

Crux non pœna ſed medicina.

Sub cruce quid gemis & plangis? res aſpera namq;
Nequaquam pœna eſt, ſed medicina tibi.

32.

Ex verb. B. Chryſoſtomi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Oratione aliorum juvamur, cum nos ipſi quoque precamur.

Tunc proſunt nobis aliorum vota, preceſq;
Quãdô ipſi noſtras jungimus hiſcè preces.

33.

Ex verbis S. Bernhardi.

Non fidibus ſatis eſt fidicen ſi mulceat aures
Nam ſonus hic fidium nil valet ante
DEUM.
Junge fidem fidibus, ſi vis placuiſſe Jehovæ:
Nam pulſare fides nil juvat abſq; fide.

34.

Ex verbis Iſidori.

Omnia fugere poteſt homo præter cor ſuum.

Effugias extra quæ te ſunt omnia quamvis
Ipſe tuum nunquam cor tamen effugies.

35.

Ex verbis S. Bernhardi.

Quocunque vado conſcientia

mea

mea mecum eſt, ſecum portans quic-
quid in ea poſui. Servat vivo, reſti-
tuet defuncto depoſitum, quod ſer-
vandum accepit, &c. *In meditat. de vot. c. 13.*

QUocunque incedo ſemper mens conſcia mecum eſt,
Et ſecum portat quicquid ei impoſui.
Hoc ſervat vivo, morienti ſuggerit, immò
Defunctóq; ſuo tempore reſtituet.
Ah miſer huic quoties commiſi non bona, ſed
Excruciant animũ nocte dieq;, mala? (quæ
Fors etiã occurrent morienti hæc ſingula, Jeſu,
Tu niſi eá expungas cuncta cruore tuo.
Quod precor, ô, facias, meaq; omnia crimina tollás,
Conſcia mens queat his libera ut eſſe malis.

36.

Ex verbis Theophilacti, ad text. Matth. 7. qui fecerit volunt, &c.

Dicendo qui facit voluntatem,

non dixit qui ſemel facit, ſed qui a
mortem facit, &c.

Non is qui fecit ſemel aut bis, qui facit uſ
Ad mortem Domini juſſa, beatus erit.

37.

Ex verbis Thomæ de Kempis.

Non potes perfectè amare Deum
niſi contemnas teipſum, & mun
dum propter Deum.

Non Deum amare potes, niſi te contemſeri
ipſum:
Propter eum, & totus quicquid hic orb
habet.

38.

Ex verbis Gr. Nazianzeni:

Ad Textum Matthæi 25.

Terrent me hœdi ad ſiniſtram
conſtituti, non quia rapuerunt, ſe
quia non paverunt, &c.

AD lævã poſitis oritur mihi terror ab hœdis,
Quos jubet in Stygios Chriſtus abire lacus.
Hi quia damnati ſunt, non bona quod rapuerunt,
Sed ſua quod miſeris diſtribuere minus.
Si judex hominum ad lævam tot millia ponet,
Qui ſua non miſeris diſtribuere bona;
Ad lævam judex hominum quot millia ponet,
Qui ſua tot miſeris eripuêre bona?

39.

Ex verbis S. Hieronymi.

Ille apud Deum eſt potior, non quem nobilitas generis, nec dignitas ſeculi, ſed quem devotio fidei, & ſancta vita commendat.

ANte DEUM is prior eſt, non quem commendat avita
Nobilitas, proba ſed, cum pietate, fides.

40.

Ex verb. B. Ambroſij.

Homo ideò poſt omnes creaturas in lu-

in lucem prodijt, quia totius natura
finis eſt, &c.

POſt alias ideò res eſt homo conditus omnes
Propter eũ quoniam condidit omne Deus.

41.

Ex verbis B: Chryſoſtomi.

Scripturarum lectio eſt cœlorum
reſeratio.

LEctio ſcripturæ cum ſit reſeratio cœli,
Hanc lege, qui cœli templa ſubire cupis.

42.

Ex verbis S. Hieronymi.

Niſi Dominus languorem curaverit, invanum laborant medici, qui cupiunt ſanare languentem.

LAnguorem ſi non Dominus curaverit ipſe,
Languentem medici pharmaca nulla juvant.

43.

Ex verb. B. Ambroſij in Pſ. 119.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quomodò poſſunt verba Dei eſſe dulcia faucibus tuis, in quibus eſt amaritudo nequitiæ?

Verba Dei nunquam ſunt iſti dulcia cordi,
In quo nequitiæ regnat amaricies.

44.

Ex verbis B. Auguſtini de vitâ Chriſti.

Non poteſt malè mori, qui benè vixit, &c.

Qui vixit benè, non moritur malè, qui malè vixit
Vix moritur benè: non vive proindè malè.

45.

Ex verb. S. Macarij homil. 1.

Cibi tædium, morbi eſt indicium: ita quoque verbi faſtidium animam languere arguit.

Indicium morbi eſt ceu panis nauſea, verbi
Nauſea, ſic animam non benè habere docet.

Ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ex verb. B. Gregorij, hom. 20. in Ev.

Niſi Spiritus ſanctus adſit cor audientis, ocioſus eſt ſermo doctoris: niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exteriùs in vanum laborat.

Cordi auditoris ſanctus niſi Spiritus adſit:
Aggreditur vanum ſermo docentis opus.
In caſſum loquitur doctoris lingua diſerti,
Intus ſit niſi qui corda docere poteſt.

47.

Ex verbis S. Auguſtini.

Quod morieris certum eſt, incertum eſt ubi & quandò. Quia igitur mors ubiq; te exſpectat, & tu, ſi ſapis, ubiq; eam exſpectes.

Certum eſt quod moriere, ſed incertum eſt ubi, quandò
Quoq; modo: ſoli hæc ſunt tria nota Deo.

Quam-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quandò igitur te mors expectat ubiq; viciſſim,
Si ſapis, exſpectes hanc & ubiq; vide.

48.

Ex verb. ejuſd. ſerm. 48. de San.

Quid timebo damna membrorum, quando ſecuritatem accipio de numero capillorum?

CHriſte, capillorum te tangit cura meorum,
Et non de membris ſit tibi cura meis?

49.

Ex verbis S. Baſily Magni.

Habes liberos, collige ipſis theſaurum æternum, relinque illis, non divitias multas, ſed memoriam honeſtam.

SI tibi ſunt nati theſaurum his quærere noli,
Qui parvo duret tempore, divitias.
Collige theſaurum his æternum; nomen honeſtum, (nam.
Famamq;, in tempus quæ manet omne, bo-

Ex

50.

Ex verb. Fulgentij ad Monim.

Deus non eſt autor, cujus eſt ulto

Non Deus eſt autor, cujus cognoſcitur ulto
Quomodò peccati cauſa ſit ergò Deus

51.

Ex verbis Theodoreti.

Si bonus eſt Deus, ſicuti bonus eſt, non utique malorum erit cauſa, &c. cum etiam latis legibus contraria fieri mandarit.

Si bonus eſt Deus, ut bonus eſt, non cauſa malorum eſt
Latâ etiam fieri cum mala lege vetet.

52.

Ex verb. B. Gregorij in Pſ. pœnit.

Sicut in prima hominis tranſgreſſione ſerpens ſuggeſsit, Eva eſt delectata, Adam conſenſit: ſic & quo

tidi

iliè fieri videmus, dum Diabolus
ggerit, caro delectatur, & ſpiritus
nſentit.

Rima hominis gradibus quibus eſt tranſ-
greßio facta,
His hodiè, quoties peccat homo, ſit adhuc.
geßit ſerpens, Heva delectata, & Adamus
Conſenſit, lex eſt ſic violata Dei.
gerit Infernus, Caro delectatur, & hiſcè
Mens adſentitur nunc ratione pari.

53.

Ex verb. B. Ambroſij in Pſ. 118.

Ipſam humani corporis fabricam
pendere ſi quis velit, nihil poterit
erris precioſius judicare.

Orporis humani fabricam perpendere ſi vis,
In terra non eſt res precioſa magis.

54.

Ex verbis ejuſdem.

Sine cultu veri Dei, etiam, quod
us eſſe videtur, peccatum eſt.

Pecca-

PEccatum eſt, quamvis virtus videatur, id
omne,
Quod cultu veri quis facit abſq; Dei.

55.

Ex verb. Cyprian. de hab. virg.

Credere ſe in Chriſtum quomo-
dò dicit, qui non facit, quod Chri-
ſtus facere præcipit.

IN Chriſtum dicit ſe credere quomodò: qui non
Quæ Chriſti juſſu ſunt peragenda facit.

56.

Ex verbis Theophil. lib. 2.
cont. Autol.

Cum cætera omnia ſermone nu-
do conſtitueret Deus, & ea quæ
obiter, nulla peculiari adhibita dili-
gentia conderet, hominem exiſti-
mavit ſolum eſſe op⁹ ſempiternum
ſuisq; manibus dignum.

Cætera

Ætera cum faceret ſolo Deus omnia verbo,
Dignum hominem manibus cenſuit eſſe ſuis.
Hunc opus æternum voluit quia condere, finem
Cætera quandò eſſent cuncta habitura ſuum.

57.

Ex verbis S. Hiobi cap. 17.

Poſt tenebras ſpero lucem.

Oſt tenebras lucem ſpero, poſt funera vitam,
Poſt lachrymasq́; ſoli gaudia vera poli.

58.

In hac vitâ poſthuma meditanda.

Um vitam hanc tolero fixus quam terminus urget;
Ad vitam adſpiro quæ ſine fine manet.

59.

Ex verbis Ciceronis

Emo ſenex adeò multis eſt obſitus annis;
Annum ut adhuc ſe non vivere poſſe putet.

Ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ex verbis S. Auguſtini:
ad lectorem meum.

O *Noſtris talis ſis, lector, ubiq; libellis,*
Qualis ego libris ſumq; fuiq; tuis.
Laudo quæ bona ſunt, ſed nec mediocria carpo:
Excuſo ſi quæ ſuſpicier eſſe mala.
Par retuliſſe pari mea cum legis ergò memento:
Sic noſtris ſemper verſibus æquus eris.

RELIQVIARUM
Pars poſterior.

AD LECTOREM.

Quiſquis amas Jesum*, noſtram ne deſpice Muſam,*
Si tibi is eſt ſuavis, non erit hæccè gravis.

Ad Lectorem Micarum Evangelicarum.

Appoſitæ Dominì menſa de cœlite MICÆ,
Num ſapiunt ori, lector amice, tuo?
JESUS ſapit, & divini oracula verbi
Sint tibi grata, ſapît mica vel una tibi.

Ad Lectorem Reliquiarum.

Has quoq; Relliquias *volui ſuperaddere Micis,*
Quas facili, lector candide, ſume manu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Si tibi eæ ad guſtum fuerint, poſt cœna ſeq
Undè famem pellas, tempore grata ſuo.

Ad Illuſtrem, Generoſiſ mum & florentiſsimum Dominu Dn. ANTHONIUM GU THERUM, Comitem in Oldenbu & Delmenhorſt, Dynaſtam in Jevern & Kniphauſen, &c.

EDita Semideûm generoſa ſtirpe propag
ANTHONI GUNTHERE, decus cuî ſte
matis alti
Arrogat eximium VVITEKINDI gloria, Reg
SAXONIÆ; per avos, abavos, atavosq; pote
Virtute & pietate viros: veſtigia quorum
Inſequeris, pleno virtutis ad edita paſſu
Culmina, & ingenuo pietatis amore caleſcis.
Eja ades, & tibi quem ſubmiſſa mente libell
Inſcriptum exhibeo, placido bonus accipe vul
Qui SERVATORIS dulciſsima nomina JESU
(Nomina theſauris Crœſi anteferenda ſuperb
Ordine per ſeriem, monſtrant quem literular
Prima ELEMENTA, ſacris de fontibus hauſt
fideli Inj

ſinuat populo, CHRISTI qui nomine gaudet:
ffectuq́; pio colit hunc ſuper omne quod uſquã.
Hunc, generoſe comes, jam tum pro munere librum,
OLSATIS quandò novꝰ advena finibus, hoſpes
HRISTIANO DANUM Regi acceptiſſimus eſſes;
contemplari reparatæ mœnia CREMPÆ,
llumq́; & foſſas, & propugnacla volebas.
tiva pridem tibi mente dicare parabam,
ERSARUM pro LEGE: Olim qua nempè Dynaſtam,
ut Regem, ſi quam tranſiſſet fortè per urbem,
mo indonatum, & ſine munere abire ſinebat.
o ſe quisq; dabat, majuſve, minuſve, nec hauſtꝰ
ætereuntis aquæ, Regi quem dextra Sinetæ
btulerat, ſpretus fuit. Iſto ego more, modoq́;
xhibuiſſe, Heros tibi florentiſſime, donum
oc levidenſe velim: tua quod Clementia ſi nõ
edignata ſui fuerit ſub nominis umbra
e per ora hominum, placidoq́; favore fovebit;
rticipem ingentis me muneris eſſe fatebor.
uod fore promittit pietas ſpectata Parentis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Illa tui, quondam cœleſtis maxima VERI
Cura fuit cuî, mortalis dum vita manebat.
Cujus honos, nomenq́; & terris didita fama
Florebunt; dum Templa, Scholæq́; artesq́; vi-
gebunt.
Cum patriæ igitur pulchro conamine dotes
Filius æquiparare pares, veræq́; tueri
Relligionis opus ſtudeas: nihil ambigo, noſtrum
Quin accepturus ſis æqua fronte libellum:
Nil SERVATORIS præter qui dulcia JESU
Nomina, & ejuſdem benefacta legentibus offert.

In Imaginem Dn. FRAN-CISCI ALARDI Bruxellenſis Brab. p. m. Paſtoris olim Antvver-pianæ Eccleſiæ, Auguſtanæ Confeſ-ſioni addictæ: Patris mei.

Cernere ſi, lector, pro Chriſti nomine paſſi
Vincula & exſilium vis ſimulachra viri:
FRANCISCI effigiem, fac contemple
ALARDI,
Vincula pro CHRISTO hic exſiliumq́; tulit.

AA

Ad Dn. PETRUM RUES-MIUM Conſulem Crempenſem: Cum ipſi Praxin Catechiſmi donarem.

Veſper adeſt, tenebris nigreſcunt omnia, ſummam
Quæ mundi lucem non procul eſſe docent.
Quâ Chriſtus reditum promiſit ab æthere, Sponſam
Ut ſalo ab hoccè ſoli ducat ad aſtra poli.
Ergò decet curâ paret ut ſe Sponſa *fideli,*
Se reduci ſuperâ ſponſo ut ab arce probet.
Virginibus ne cum ſtultis ferat ipſa repulſam,
Quæ miſera æternæ eſt juncta repulſa neci.
Ad menſâ Sponſi *thalamoq; recepta, perenni*
Læticiâ poſſit deliciisq; frui.
Eſt qua Sponſa *queat comi ratione, doceri*
Si cupit, ut ſponſo grata ſit illa ſuo:
Veſtibus haut opus eſt Afro bis Murice tinctis,
Aut gemmâ Eois quam tulit Indus aquis:
Ad votis opus eſt Fideique *micante lucernâ,*
Cordeq; quod ſponſi flagret amore ſui.

Id liber hiccè docet: Primò VIOLARIA pãdem
Undè legat capiti ſerta decora ſuo.
Hinc TORQUEM ſponſi tibi divite promit arcâ;
Quæ ſit divitijs anteferenda Tagi.
Indè parat ſeptem Gemmis auroq; MONILE
Inſigne, ornetur pectus ut hoccè tuum.
Poſt fontem ſacri tibi monſtrat aquamq; LAVACRI
Quod nive cor lotum purius eſſe facit.
Deniq; lauta parat liber iſte Viatica cœnæ
Qua ſponſi cruor eſt & caro ſancta cibus.
Hoc Chriſti ſe ſponſa modo ſi comat & ornet
Lotaq; ſit fonte hoc, ſit ſatura hoccè cibo
Sponſo grata ſuo eſt, immò gratiſſima ſponſa
Quam ſecum hinc ultra ſidera celſa vehet
Ad convivia quæ nulli guſtata, nec ulli
Viſa prius, nullo corde recepta priûs.
Quocirca, liber hic doceat quandò iſta monent
Fontibus è ſacri codicis atq; Patrum:
PETRE, velim hunc habeas noſtri tibi pignus amoris;
Et magni ducas muneris eſſe loco.

Q

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quin quoq; , cum vacat , evolvas aliquandò legendo :
Crede, operæ precium fiet ita atq; moræ.

UMBRA : BRUMA.

DIc, age, qua toto non umbra eſt longior anno ? (docet.
Scilicet hoc Umbræ Bruma anagramma

Liſt. Still.

INſidiæ quod ament tacituræ ſilentia, vocis
Teutonicæ notũ ſcitè anagramma probat.

Ad M. JOSEPHUM CLAUDERUM Scholæ Altenburgenſis in Miſnia Rectorem.

GRata fuit, CLAUDERE, mihi tua epiſtola, grata
Fuêre metra junxeras quæ epiſtolæ.
Non ſordere quibus noſtram tibi ſcribis avenam,
Dei canendo quæ dicata Filio eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

O alijs quoq; ſic ſapiant mea carmina, quorum
Gratum palato nil ſapit niſi Venus
Quod voluit, Veneriſve puer dictare canenti,
Modò occupatur quo poëta quilibet.
Undè nihil plæriq; ſuis niſi baſia chartis
Gaudent, & hiſcè ſpurciora, intexere.
Ut riſum moveant iſthac ratione legenti;
Hos qui ſales jocosq; ubiq; prædicet.
Lactucas labra ſic ſimiles reperire videmus,
Dignumq; ſe patellam habere operculum.
Mens melior, Claudere, tibi eſt, cuì carmina mecum
Cantare JESUM cura prima & unica eſt.
Oda quod oſtendit ſuaviſſima, nomen JESU
Super mel omne, qua canis, dulciſſimum.
Macte iſthoc auſu egregio, & ſic perge: tuosq;
Hujuſce nominis doce dulcedinem
Diſcipulos: his à teneris ut inhæreat illud,
Quo noſtra ſolo nixa, nomen, eſt ſalus.
Namq; datum non eſt ſub cœlo nomen homulli
JESU niſi nomen, beari quo queant,
Sic aliquandò tuì doctoris prævia pubes
Scholaſtica appetet ſequi veſtigia.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ut me teq; olim multo cum fœnore JESUM
Sic prædicaſſe quisq; dicet optimus.
Qui colit haut ficto nobiſcum pectore JESUM
Nunc, & futuro ſeculo Jeſum colet.
Annon hoc, Claudere, etiam res ipſa requirit?
Annon id ipſa flagitat neceſſitas?
Hoc mundi immundi ſenio, quo Rector Averni
Draco ille magnus, hoſtis ille peſſimus,
Bella movet JESU noſtro, bella impia bella,
Quandò tot hæreſes ubivis excitat,
Blaſphemo qui non effundere ab ore verentur
Abominanda & exſecranda ſcommata.
Absq; pudore quibus, velut Arrius impius olim,
JESUM Jehovæ Filium eſſe pernegant,
Æqualem Patri æterno, quod pagina paſſim
Locis tamen ſacra aſſeverat plurimis.
O mores, ô tempora, quis niſi brutus & exmens,
Hoſtisq; planè Chriſtiani nominis,
Non gemat & fremat hic? quis contra hos ſtringere pennam
Non audeat, non ardeat? ſic gloriam
Vindicet ut JESU, pro viribus, atq; refutet
Tantasq; totq; ſeriò blaſphemias?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ergò opus eſt ſtudio JESUM, Joſephe, fidel
Canamus atq; prædicemus impigri.
Mordeat ut Satanam ſtudium hoc, Satan
Piĳsq; gaudio ſit uſq; corculis. (miniſtr
Quem canimus, colimusq;, quoäd ſuper æth
Videre detur, & ſonare cominus. (JESU

Ad Dn. CHRISTOPHO-RUM SCHVVANEMANNUM Syndicum Buxtehudanum.

Nominis egregĳ multi ſe ſchemate pingun
Queîs tamẽ egregĳ nominis omen abe
Annon ſe CHRISTI plures de nomine jactan
Nomen ineſt quibus, heu, præter inane nih
Præ Chriſto mundi qui nempè ſequuntur h
nores, (ope
Aut, quibus omnis homo nunc famulatu
Sunt quib⁹ aut Venus eſt, aut Bacchi cura vol
Cura Poëtarũ quæ quoq; metra ſubit. (pt
Nempè Poëtarum non tantum quos prior æta
Ignara ætherei numinis illa, tulit;
Sed quoq; multorum Chriſti quos ſanguine l
Hunc fuerat præter par cecini ſſe nihil. (tos)

A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

At Mens, CHRISTOPHORE, eſt melior tibi, nominis omen
Implere aßiduo qui ſatagis ſtudio.
Non ſolū nudo ſiquidē fers nomine Chriſtum
Te ſed & hunc toto pectore Ferre *probas.*
Quin etiam linguâ Chriſtum *te* Ferre *diſertâ,* (*bas.*
Et calamo Chriſtum *te quoq;* Ferre *pro-*
Inſuper & numeris, & culto carmine Chriſtum
Ferre *pari curâ te, tua ſcripta probāt.* (*bros,*
Chriſtiados *teſtes*, Cygneaq; *carmina, li-*
Et tua quæ peperit plura Thalia, voco.
Perge ita, Chriſtophore, *&* factis *adnitere* Chriſtum
Ferre, ita te totū dixero Chriſtophorum.
Nomine CHRISTOPHORUM, re Chriſtophorum ſimul ipſâ,
Pectore Chriſtophorum, carmine Chriſtophorum.
CHRISTOPHORUM in vivis, medioq; in funere tandem
CHRISTOPHORUM, inq; choris CHRISTOPHORUM æthereis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ad Clariſs. Conſultiſsimum Virum, Dn. GREGORIUM MAES, J. U. D. Conſulem primarium Crempenſem, Natalem ſuum celebrantem.

GREGORIO ſacrata reciprocat,
Solis perenni curriculo, dies;
Contra licet caſtrator ævi
Frendeat anniculi: Diurnæ
Nunc æqua luci nox magis ac magis
Decreſcit; acris cedit hyems, redit
Ver pictor orbis, & Favoni
Egelidi remeant tepores.
Hæc ipſa ſolemnis mihi, ſanctior
Eſt pænè natali proprio dies,
Hinc namq; Mæcenas mearum
Grande decus columenq; rerum
Prænominis deducit originem,
Et indè (mentis judicio niſi
Fallace ducor) ipſius annos
Per ſeriem ordinat affluentes.

O grata ſalvê lux mihi, centies
Creſſis notari digna coloribus;
Nec Barbyto tacenda noſtro,
Digna cani meliore plectro.

Quin debitas hac luce iubens DEO
Grates parenti nuncupo, quod meo
Iſthanc redonarit patrono
Alite proſperiore lucem.

Et porrò fontem poplite ſupplici
Hunc largitatis poſtulo; ſæpiùs
Utrinq; nobis ut recurrat
Iſta dies melior peractâ.

Nobiſq; ut annus, qui fluit hinc, ſimul
Sit fauſtus opto, ſidere, proſpero
Procedat, & quotquot benigni
Numinis arbitrio hunc ſequentur.

Et uſq; noſtris in ſtationibus
GREGORII *ſimus vigiles, herum*
Qui nocte, qui die, fideli Luc. 12.
Officio opperiamur illum,

Qui Nuptiarum *nunc epulis adeſt*
Conviva; cujus de reditu ſumus
Incertiores, an moretur

Serius, aut citius reviſat
Domus miniſtros. Sic vigiles heri
Qui ſtamus adventu, precio ſatis
Amplo potiti, civitate
Oêconomi ſtatuemur iſtâ
Quam vita Cœlo poſthuma cœtui
Huîc deſtinavit. qui ſcelerum avia
Exoſus, altâ mente leges
Nocte, dieq́; Dei revolvit.
Non noſtra tantis tibia ſufficit,
Quo, Muſa, tendis? deſine barbyto
Aptare rauco tanta: parce
Magna modis tenuare parvis.

Symbolum Dn. CHRISTOPHORI VORTMEIERI, ſcribæ Regij.

CHRISTUS VITÆ MEÆ SCOPUS.

Esto alijs alius ſcopus: Eſt mihi CHRISTUS JESUS,
Dum ſpiro, vita meta Scopusq́; mea.

Quie-

Quicquid ago, quicquid devota mente voluto,
Tendit ad hunc unum dirigiturq; ſcopum.
Nam velut ad certum, Jaculator dirigit arcum,
Ut feriat nervo miſſa ſagitta ſcopum:
Sic, velut ex arcu, devoto è corde ſagittas,
Ad CHRISTUM evibro vota precesq; ſcopũ.
Et velut in ſtadio præfixum curſor anhelus
Appetit, ut capiat præmia digna, ſcopum:
In vitæ ſtadio quoq; ſic ego curſor anhelo
Ad Chriſtum toto corde animoq; ſcopum.
Hanc ego ſi metam contingo ſcopumq; quid ultra
Sit mihi quod cupiam? ſit mihi quod capiam?
Namq; SCOPUM quandò CHRISTUM contingo, brabejum
Accipio vitæ GAUDIA PERPETUÆ.
Meta SCOPUSq; MEÆ, dulciſſime CHRISTE, ſalutis
Sis, precor, ante oculos mentis ubiq; meæ,
Dum vivo. Quin & vitæ cum terminus actæ
Imminet ante oculos ſis SCOPUS oro meos.
Te te unum ut ſpirẽ & ſperẽ, fidiq; prehenſum
Pectoris amplexu ſidera ad alta ſequar.

Ad

Ad M. MAURICIUM RACHELIUM Paſtorem Londinenſem in Dithmarſia.

RACHELI, JOVÆ venerande ſummi
Myſta, qui verbi ſaturare paſtu
Enthei curas, ſtudio fideli
CHRISTICOLARUM
Corda LONDINI: dare numquid horas
Adſoles doctis etiam Camœnis,
EIDORÆ ad littus reflui ſonora
Barbita pulſans?
Nominum ſenſus ANAGRAMMATISMIS
Abditos numquid varijs, labore
Impigro, rimaris, & explicare
Verſibus iſtos
Pergis; ut miretur acumen omnis
Ingenî lector, tua cuî videre
Contigit metra hæc; RHODODENORIUSq́;
Quæ probet ipſe,
Verticem qui præ reliquis Poëtis
Extulit; pulchrum caput extuliſſe
Cæteros quantum frutices cupreſſus
Cernitur inter.

O RO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ROSAS tantummodò promat iſtas
NOBILES, quarum mihi ſæpè guſtum
Præbuit. Sed quo, mea Muſa, tendis
Debita doctis
RACHELI quæ nunc ANAGRAMMATISMIS,
Quos ſuis tandem parat è latebris
Promere, apricæ meditans videndos
Credere luci.
Hos, potes quantum, tueare contra
ZOILOS, contra SCIOLOSq́; quorum
Eſſe nunc plures videas ubiq́;
Tempore cernat
Quàm quis æſtivo culices. Quid ergò
RACHELI tardas? timor omnis abſit:
Crede, nec differ, manibus legentum
Carmina docta.

Anagramma.

Bule. Vbel.

Quod ſit grande nefas ſcortari, Teuto docebit,
Si vocem, crimen quâ exprimit hocce, notes.

Ad

Ad Dn. CHRISTOPHO-
RUM SCHVVANMANNA-
num, Syndic. Buxtehud.

EN, Schvvanmanne, *tibi munus leviden*ſ*ſe Poëtæ,*
Quem tibi non victus conciliavit amor.
Abſentem licet & non viſum cominùs unquam
Ignotos virtus ſic trahit atq; ligat.
Sunt tenues fateor, craſſoq; ſub aëre nati,
Quos tibi verſiculos, Cygne diſerte, damus.
Si numeros ſpectes, ſi verbaq; ſingula penſes;
Sed ſi res! forſan gratia rebus ineſt:
Ad guſtum tibi quæ faciat pietatis amanti,
Nam pietas, hujus calxq; caputq; libri eſt.
Conſpurcent alij ſcurrili ſcommate chartas,
Cum Cygno curæ ſint pia metra mihi.
Sed tua tàm Cygnéa diu quid metra morantur
Quæ pridem dederas conſpicienda mihi?
Ire per ora virûm digniſsima metra piorum;
Quæ probet Aönijs Cynthius ipſe jugis.
Rumpe moras gravis eſt mora amantibus iſta, nec ultra
Digna videre diem, nocte ſepulta preme.

Vive

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vive, valeq́ꝫ, memor ſis; Cygne, frequenter Alar-
Cygnandri memor ut ſemper Alardꝰ ero. (di:

Ad Dn. MICHAELEM CLENOVIUM, P.L. Paſtotem Schônefeldenſem.

SIc eſt, ſunt ſtudijs etiam ſua præmia: Muſis
Nec fruſtra quisquam ſervijt Aônijs.
Transfuga ſervitio modò non hoc exeat ante
Terminum, opus ſed agat nocte dieq́ꝫ ſuum.
Nam licet haut pateras, haut æra, haut jugera donent,
Quæ dubiæ variant ſortis ad arbitrium:
Non tamen eſt expers Muſarum capſula doni;
Munera quin, quæ iſtis anteferantur, habet.
Undè ſuis tribuunt cultoribus ampliùs, omne
Quàm ſi aurum tribuant quod vehit amne Tagus.
Scilicet egregium decus, indelebile nomen;
Famam, quæ repleat Solis utramq́ꝫ domum.
Nec ſine teſte loquor! Teſtis Peneîa Daphne
Dicta probat: teretes dicta probant hederæ.

Præmia

Præmia quæ doctæ frontis, miſcere triumphis
Induperatorum, quos obiere, ſolent.
Una eademq; etenim Victoris tempora Laurus,
Et qui victorem carmine laudat, obit.
Atq; utrumq; ſimul venturo conſecrat ævo,
Dum titulo, æternùm non pereunte, beat.
Namq; ipſa æterno ceu frondis honore vireſcit
Daphne, & Achæmenio fragrat odore comæ:
Immortale decus Victoribus atq; Poetis
Sic etiam, ſolita eſt quos redimire, parit.
Hoc quoq;, Clenovi vates reverende Jehovæ,
Te modò Pieridum munere turba beat.
Dum tua præcingit Parnaſide tempora Lauru
Godelmana Charis, Cæſaris auſpicio.
Quin & judicio (qui Saxonis Archipoëta eſt)
Taubmani, ô quanti metrica in arte viri?
Qui tantum reliquos ante it, mihi crede, poëtas,
Ante ſuos ibat quantum Atalanta procos.
Ergò tibi noſtri nove gratulor ordinis hoſpes,
Clenovi, & proſint Laurea ſerta precor.
Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems ſunt quatuor anni
Tempora, quæ Lauros uſq; virere vident:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ic etiam tua Muſa vireſcat honore peremni,
Sic vigeant meritò quos tua Muſa canit.
Nec dubium eſt, modò tu, quæ nunc te Laurus honeſtat,
Verſibus hanc ſtudeas condecorare tuis.
de igitur Charitum, Trigam, *tua* Triga *probabit,*
Quàm meri. ò meritus Laurea ſerta ſies.

Ad Dn. ERNESTUM VVERCKMANNUM,

Secretarium Regium.

DOcte vir, Aönidum columen, Charitumq́; voluptas
Arrogat eximium cuî Themis *alma decus:*
Conſilij Secreta *ſui cuî dictat in aurem,*
Rex Danaum, *arcanis participatq́; ſuis.*
Inſuper & vatum quem præſes honeſtat Apollo,
Artificemq; boni carminis eſſe facit.
Te ſermonis adhuc memoremne negocia Regis
Eſſe ſinunt, noſmet qui fuit inter heri?
Carmine cũprimis de culto, Epigrammata quã-
Veſtra mihi voluit docta referre Charis, (dò
Pauca,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Pauca, ſed egregiè bona, de meliore metallo,
  Quæ venæ indicium nobilioris erant.
Nempè ita mî licuit metiri ex ungue leonem,
  Eq́; iſtis ſpecimen ſumere de reliquis.
Certè ego miratus ſum vatis acumen, & inter
  Tot ſtrepitûs cultis verſibus eſſe locum.
Ocia ſcribentis cum quærere carmina vates
  Pelignus metris comprobet ipſe ſuis.
His quoque me ſtudijs aliquandò impendere cu
  Et Clario interdum fonte levare ſitim, (ram
Teſtatum ut facerem, vir præſtantiſsime, no
  Hos volui verſus exhibuiſſe tibi. (ſtroo
Quos, tenues quamvis ruriś; per omnia plenos
  Accipias facili fronte manuq́; precor.
Nec numeros ſaltem, doctam vel Apollin
  artem
  Reſpicias, penſes ſed pia vota magis.
Sic gratum facies, quin gratius inſuper addes
  Si mihi, ſi ſtudijs hiſcè favere velis.
Meq́; in amicorum numerum retuliſſe tuorum
  Non renues, quod ego terq́; quaterq́; peto.

A A

Ad Dn. FRIDERICUM GUNTHERUM, Secretarium Regium.

ANnè aliquas lubet his etiam dare verſibus horas,
Nec, Friderice, *rudis ſordet avena tibi?*
Hunc cape, quem dono munus levidenſe, libellū,
Atq; in te officij pignus habeto mei.
Non Venus aut Veneris puer hoc in carmine regnat,
Spirat & in metris Lesbia nulla meis.
Hæc alijs placeant, ſolas qui in carmine quærūt
Baſia divitias, baſia delicias.
In noſtro Pietas legit ſibi carmine ſedem,
Pieris hæc ſola eſt Melpomeneq; mihi.
Hæc, Gunthere, *tuo ſedem quoq; pectore fixit,*
Hic liber ingratus non erit ergo tibi.

Ad Dn. FRANCISCUM VORSTIVM, VVitebergam.

SCilicet è VIADRI *tibi quod migratio ludo,*
In ALBIMONTEM *Saxonum,*

Ceſſerit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ceſſerit ex voto, me quem monitore petebas,
Quod lætер eſt & gratuler.
Quod verò ex voto migratio ceſſerit iſta,
Conamen hoc prodit tuum,
Edere quo ſtudij ſpecimen meditaris honeſtum
Locati in artibus bonis.
Legitimè dum Leucoreæ cum flore juventæ
Ambis Magiſteri *gradum :*
Et meritò exambis, toto applaudente ſenatu
Lectiſsimo Patrum ; penes
Quem ſimul arbitrium eſt & vis & norma bra-
Hoc conferendi Muſicum. *(beîum)*
Gratulor idcircò tibi jam, Franciſce, *tuisq;*
Mihiq; , de novo hoc gradu.
Et precor hoc capias votis, fatisq́; ſecundis
Bonoq; Patriæ *decus.*
Subjiciatq́; tibi calcaria, pergere porrò
Inſtes ut acriter, ſacro
In ſtadio & ſtudio hoc, ut nomen & omen avo-
Utrumq; quod geris probes. *(rum)*
Quo digitum intendam noſti, ſic nomen hono-
Feres Alardo - Vorſtij. *(rum)*

AΦA

Ad Dn. PAULUM EVAN-DRVM, Scholæ Cremp. Rectorem.

Cum pluat & madidis fluat udus ab imbri-
bus aër,
Nec ſolito Titan purior igne micet,
tamen incipiant ſata matureſcere ruris,
Summus ut his porrò Jova favere velit,
ta preceſq; opus eſt in nomine fundere Chri-
Quæ rata ſint junctâ nō dubitante fide. (ſti,
ra: igitur ſolitos votorum iterare ſonores,
Publico in hoc cœtu, res nimis ipſa jubet.
uarè alios pueri præeant ut vota canendo,
Hac exerceri luce priùs poterunt,
ſit opus. Sed quid moneo te, qui ſatis ipſe
Scis, jubeant fieri quid ſine ſole dies.

Ad Dn. DETHLEVUM VVOLDERVM, VVitebergam.

VERNO comis decora SYLVA ſydere
Magnum COLONO præbuiſſe gaudium

Q *Solet,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Solet, facitq́ʒ ſpem futurum ut affatim
Res augeatur hinc penus domeſticæ.
Fructus ſed AUCTUMNO *uberes ſi fuderit*
Multo Colonum Sylva gaudio beat
Majore, quòd mactarit adprimè penum
Proventu opimiore jam domeſticam.
Exſultat hinc COLONUS, *atqʒ perfrui*
Natis datisq́ʒ quandò fructibus datur,
Læta datori voce ſolvit gratias
DEO TER OPTIMO, *Deo ter maximo.*

VVOLDERE, Sylvæ cultor impiger ſacræ

Sevére quam novem Sorores Aônes,
Tuumne dictis calculum adjicis volens
Lubensq́ʒ? credo feceris nil ambigens,
Nam tu tenellæ ætatis hinc ab unguibus
(Quæ VERIS *inſtar eſſe primæ creditur)*
Plures per annos ſedulò hactenus, tui
Haut immemor cognominis, Sylvæ arbores
Curare, quas Parnaſſus arduo biceps
In vertice educat, volebas: fœnore
Quæ nunc beare te ſtudent ampliſſimo:
Hoc tempore AUTUMNI *colonos fructibus*

Beare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ere SYLVAS quo videmus cæteras.
nempe nunc in ALBIMONTE Saxonum
rnaſſus alter audit hic Germaniæ)
orea mactum perenni Pieris
ulo MAGISTRI munerat pulcherrimo.
u proſit ut tibi, Patriq́; gaudio,
uſuiq́; Patriæ, ruris licet
plena, & inficetiarum ſeriò
men Camœna noſtra pauculis vovet.

d Dn. HENRICVM CHRöDERVM, Civem Crempenſem; cum ipſi Praxin Catechiſmi donarem.

Um non procul ſit hora ſumma temporis
Noviſsimi, quâ Chriſtus hinc ad æthera
ponſam ſuam ſponſus cupitus transferet;
illa ſe curâ decenti præparet,
metq́;, maximè eſſe opus, quis ambigat?
quo queat fieri modo cum ſumſerim
ro hoc docere, & iſta cura quemlibet
ngat, modò eſſe Chriſtianus expetat:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Norimq́ te, SCHRöDERE, cura ducier
Iſthac, tibi huncce munus offero librum,
Amoris in ſignum mei: huncce perlegens,
Et quæ legis factis, Deo duce, exprimens:
Ornaberis magis magisq́, Filio
Poſſis Dei placere ſponſo ut optimo.

Ad Clariſs. Conſultiſſimumq́ Virum, Dn. GREGORIUM MAES, J. U. D. Protoconſulem Cremp. Adfinem & Compatrem, pro exſule.

OVile qui Dei per annos plurimos
Pavit fideliter, miſer nunc cogitur
Stipem hic, capillis albicantibus, ſenex,
Pro ſe, ſuaq́ conjuge atq́ liberis,
Linguâ, manuq́ ſupplicante poſcere.
Qui quandò noſtras haſcè ad oras appulit,
Petit, rogatq́, Conſul ut manum lubens
Volensq́ liberalem porrigat ſibi.
Et acquieſcat ut rogata concio
Hujuſcè per me civitatis hoc idem
Præſtare largiore dexterâ velit.

Hh H

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Has eſſe ſi exſulis preces velit ratas
Conſul, ſimulq; adfinis atq; Compater,
Non fecerit modò exſuli huic gratum ſeni;
Sed exuli iſti, pro ſuis olim lubens
Qui factus exſul eſt, polorum conditor.

Ad Dn. CHRISTOPHORUM SCHVVANMANNUM, J.C. Syndicum Buxteh.

*B*Alſama *das,* Schvvanmanne, *mihi fragrantia, Pyxis*
Argento è ſolido quæ fabrefacta capit.
Nempè tui donum ſit ut hoc mihi pign⁹ amoris,
Pectore quem fucum non ſimulante foves.
Grata mihi eſt Pyxis, ſunt Balſama grata, ſed iſtis
Gratior eſt multo candor amorq; tuus.
Namque tholos cerebri non ſic data Balſama mulcent,
Cinnameus licet hinc indèq; ſpiret odor:
Quam tua, Cygne, meam mulcent pia carmina mentem,
Quamq; tui hoc reficit pectus amoris odor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ad Eundem.

DAs unguenta mihi, SCHVVANMANN[...] ſed ipſe viciſſim
Quæ tibi pro grato hoc munere dona feram[...]
Carmina? carminibus Cygnus prior auctus a[...] undè eſt,
Vix illi us ſperem poſſe referre vicem.
Argentum? Mihi non argenti eſt ulla fodina[...]
Capſa Poëtarum quin & inanis eget.
Vis animum egregium, pectusq; fidele rep[...] nam?
Hoc dare Cygnandro munus Alardus habet[...]
Ad Cygno argento fore gratius arbitror omni,
Gratius & cunctis munus aromatibus.
Exſpirare ſolent unguenta, & perdere vires
Gratia aromatibus nec ſua ſemper adeſt;
Tempore deficiunt. Non exſpirabit, ALA[...] DUS
Dum vivet, CYGNUM quo venerat[...] amor.

AA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ad Ampliſsimum, Conſultiſſimumq́; Virum, Dn MARTINUM a MEDEN, Conſulem Stadenſem primarium, amicum meum.

MOris adhuc hodiè eſt, multos ut & antè per annos,
Ut veteri exacto quoties novus advenit annus,
Alternis fiant pia vota, precesq́;, JEHOVA
Quò duce, quisq; annet feliciter, atq; perannet,
Quin votis etiam mos eſt ſuperaddere STRENNAS,
Teſtandi adfectus & amici pectoris ergò.
Iſto ego more etiam, vir conſultiſſime, Jani
Miſcè novis voveo tibi proſpera quæq; Calendis.
Nempè tibi atq; tuis, omnes qui condidit annos,
Ut novus hic veniat donet feliciter annus.
PRINCIPIUM felix ut ſit MEDIUMq́; ſimulq́;
Felicem ad FINEM felici tramite currat.
Nec novus hic tantum, ſed plures inſuper anni,
Felices veniant, donet qui condidit annos,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ex animo precor & voveo : mea vota precesq́;
Efficiat rata ſint, annos qui digerit, opto.
His etiã votis cupiens adjungere Strennam
Teſtandi adfectus, & grati pectoris ergò,
In cenſu potiùs fuit hoc nil tempore noſtro ;
DENA BIS atq; UNUM quàm dulcia nomi
JESU,
Codicis è ſacri theſauro lecta , fideli
Quæ populo nuper ſtudui enucleare, typisq́;
Chalcographi volui dare deſcribenda , rogatu
Quorundam, audierant qui nomina me iſta do-
centem.
Credentum hæc animis repetita ut lectio poſſet
Fortiùs imprimere. O multo hoc modò fœno
fiat.
Impenſi haut poterit me pœnituiſſe laboris.
Sume proindè lubens, vir conſultiſsime, mu
Hoc levidenſe precor, STRENÆ & locuple
idipſum
Inſtar habe ; ſi non autoris nomine : ſaltem
Nomine, cujus in hoc celebrantur nomina libri
Sic tibi ſe atq; tuis talem præbebit JESUS
Depingũt qualem hæc dulciſsima nomina nob

(1.) Nem

(1.) *Nempè reſurrexit velut ipſe,* RESURGERE *noſtrum*
Idem erit, è terræ cum pulvere membra jubebit
Mortua voce ſuâ ad vitam remeare perennem.
(2.) *Idem* ARBOR VITÆ *eſt, Myrrhæ quæ pocula reddit*
Dulcia, ne guſtu nimis offendamur amaro.
(3.) *Et* CEDRUS LIBANI, *cujus ſub tegmine tuti*
Degimus, à pluvia & nocituræ grandinis ira.
(4.) *Quin &* PERRUPTOR *portas qui fregit* AVERNI,
Itq; viam nobis ad ſidera celſa paravit.
(5.) *Inſuper &* LAPIS ANGULI *is eſt, qui ſuſtinet ædis*
Molem Evangelicæ, nos quem ſuper ædificati
Creſcimus, ut vivi lapides, in numinis aulam.
(6.) *Eſtq;* PARACLETUS, *qui judicis ante tribunal,*
Patron⁹ noſtram haut ceſſat defendere cauſam.
(7.) *Protegit ut pullos* MATRIX GALLINA *ſub alis,*
Illarum quoq; nos ſic protegit ipſe ſub umbrâ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

(8.) Fidus ut OPILIO, ſic nos ad paſ
ducit,
Atq; lupi tutos Stygij defendit ab irâ.
(9.) EST & ERIT Deus expers finis pri
cipijq;
Qui fecit, facit, & faciet; neq; deſinet unqu
Fidentes ſibi, conſilio auxilioq; juvare.
(10.) SERVUS item eſt JUSTUS, qui crim
noſtra piavit,
Crimina ſuſcipiens in ſe, & pro crimine pœn
(11.) Lux eſt, quæ tenebris immerſum illu
nat orbem,
Et denſas radijs animorum diſcutit umbras.
(12.) Eſt MEDICUS, quo non præſtant
arte medendi,
Seu membris homines ægros, ſeu mentib⁹ ægr
(13.) SURCULUS Iſaidum eſt de ſtemma
NAZAREORUM
Præcipuus: SAMSON cujus celebratur imag
Invicto Inferni qui vicit robore turmas.
(14.) Crimine pro noſtro crucis HOSTIA fac
in arâ,
Iratum miſeris, voluit placare parentem.

(15.) VN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

(15.) VEXILLUM erectum eſt, domitoq́; ex hoſte TROPHÆUM,
Contra hoſtes agimus Stygios, quo ſtante, TRIUMPHUM.
(16.) Quin etiam JUDEX, veniet Jus dicere
Et vitâ functis jus dicere, luce ſupremâ. (vivis,
(17.) Inſuper & ROBUR defectis virib⁹ addit:
Numinis irati ſimul UMBRAM præbet ab æſtu.
(18.) ROS eſt cœleſtis, quo pectora mœſta rigantur. (ces.
(19.) Et VIA, ſperatas quæ ducit ad ætheris ar-
Quâ ſine nemo quit ad ſummum penetrare parentem. (fidelis.
(20.) PUPILLIS idem PATER eſt, tutorq́;
(21.) Tandem EXERCITUUM DOMINUS, cui militat omne,
Quidquid habet cœlum, mare, terraq́; Styxq́; profunda.
Hic in circuitu metatur caſtra piorum,
Nullus ut his hominis noceat vel dæmonis aſtus.
O tibi itemq; tuis talem ſe præbeat opto,
Qualem hæc depingunt dulciſsima nomina, JESUS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quæ tibi mî placuit ſtudioſa mente dicare.
Hac STRENNA meliorve dari, potiorve rogari
Nulla poteſt, nec habet pia quod mens expetat
ultra.

In Primitias Serotinas Domini
CHRISTOPHORI VORDMEIERI.

ROMA quas olim legitur ſuperba
In ſuis viles habuiſſe ſcriptis,
Barbaras inter numerando, gentes
Nunc, vice verſâ,
Excoli linguis patet artibusq;
Optimis; priſcos ita ut æmulentur,
Muſa quos Grajos celebravit inter
Atq; Latinos.
Quin vel & laude hos ſuperare tentant
IngenI. Quo non animoſa tendit
Indoles? Quæ non petit alta, vinci
Neſcia, Virtus?
Hoc probat, (ſi quis velit inſiteri)
Altius quæ nunc caput inter artes

Extul

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Extulit paſſim reliquas Poëſis,
Dia Poëſis.

Namq; non tantum fuit illa priſcis
Seculis exculta probè Latinis,
Atq; Græcis, queîs dedit ore fari
Muſa rotundo:

Alpium ſed per juga celſa pridem,
Per maris tractus ſimul, huc volavit
TEUTONUM ad fines Latialis atq;
Graja Poëſis.

Immò & Arctôas ea viſit oras,
Quæ pijs gaudet modulis Camœna;
Subter & pigro reſonant Boote
Dulcia plectra.

Quod DEI donum eſt: Venit indè quicquid
Eſt boni. Si quis velit hoc negatum
Ire; pro dono hoc minùs ipſe gratum
Se probat eſſe.

Ergò nec quemquam decet ut pudendis
Hoc Dei donum temerè profanet
Sordibus: curet potius datoris
Ut famuletur

Laudibus: PATREM reſonando ſummum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Patris & ſummi Sobolem, Sacrumque
Flamen. *Hæc* Patri *placet atq;* Nato
Spirituique
Entheo Muſa: Hæc Dator ipſe metra
Adprobat ſummus; placet hæc Camœna
Angelis caſtis: meritò hæc vocatur
Dia Poëſis.
Et quis hac uti ratione metris
Si velit; nomen meritò Poëtæ
Obtinet, grati ſuperis profectò
Terrigenisq;.
Hæc tua ergò, Chriſtophore, *annè grata*
Numini ſummo dubitas futura
Metra? Num caſtis eadem pijsq;
Poſſe probari
Ambigis? Trino *tua Muſa &* Uni
Quandò ſe totam velit eſſe Sacram
Numini, cujus benefacta gaudet
Dicere metris:
Illa cumprìmis benefacta; ſummus
Quæ Pater Chriſto *exhibito miſellis*
Præſtitit nobis; Reparare lapſam hic
Quandò ſalutem

Mortalem

Morte dignatus fuit immerenti;
Purpuram fundens roſei cruoris;
Cuncta quo lytro dedit expiata
Crimina mundi.

Hæc tua cantas benefacta Chriſti
Barbito: Hæc metris reſonas politis,
Mergitum quod Primitiæ, & Manipli
Satq; ſuperq;
Comprobant: Meſſor probus atq; fidus
Quæ modò credis manibus legentum,
Centuplo ſtipet quis ut indè cordis
Horrea fructu.

Perge ſic, Meſſor bone; perge Meſſor
Sedule; hac Chriſtum ratione Ferre
Te probabis: Chriſtophorumque voce
Non modò ſed re
Quisq; te dici bonus haut negabit
Lector; & tandem, Deus ipſe mittet
Quandò Meſſores ſuperis ab oris,
Nempe miniſtros
Angelos; qui triticeam in maniplos
Colligant meſſem, Poli ut inferatur
Horreo; temet quoq;, crede, merces
Larga manebit.

Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ad Virum Cl. Dn. M. JOSE-PHVM CLAVDERVM, Scholæ Altenburgenſis in Miſnia Rectorem, amicum meum.

CLAUDERE, noſtri fortè ſilentij
Cauſam requiris; hanccè tuì cave
Exiſtimes oblivionem.
Non ea cauſa fuit ſilendi.
Sed longioris cauſa ſilentij
Hæc unica eſt, occaſio commoda
Noſtras tabellas ALTEBURGUM
Mittere quod fuerit negata.
Quæ quandò ſe nunc obtulit optima,
Differre ſcribendi officium amplius
Nolo, dicam ſumas ſilenti
Scribere ne mihi fortè grandem.
Et quo modo differre negocium
Hoc ampliùs vellem? mihi filius
Neceßitatem literarum
Cum pariat, modò diſciplinæ
Quem credidi veſtræ; neq; tempore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Huc uſq; ab iſto ſcribere quid datum eſt,
Is quo profectus ALTEBURGUM *eſt,*
Ante duos quatuorq; menſes.
Quod debuiſſet ſic fieri tamen,
Gratum ut probarem me ac memorem tibi,
Pro præſtitis nato benignè
Officijs; reus eſſe culpæ
Velim niſi, ingratis ſolet objici
Quæ cum rubore. O ſit procul hoc nefas,
A meq; natoq; omnibusq;
Queîs benè ſit, benè queîsq; factum (eſt.
Verùm probabo quo tibi me modo,
Claudere, *gratum? quod facilis meum*
Suſceperis natum docendum;
Deq; bono hoſpitio huic benignè
Proſpexeris? non invenio quibus
Grates agam verbis: neq; ſufficit
Verbis, ſcio, ſolviſſe grates,
Tanta velim benefacta juſto
Remunerari ſi precio. Dabo
Ergò quid ut gratum tibi me probem?
Cum nîl ſit in cenſu meo par
Hiſcè tuis meritis quod extet;

COR

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

COR præter hoc gratum, tibi quod dico,
Et Vota grati pectoris ad Deum,
Omnis boni fontem perennem,
Ut velit ipſe remunerari
Largâ tibi dextra, benè filio
Quæcunq; feciſti atq; facis meo,
In poſterumq; porrò eidem
Quæ facies benè! quod rogatum
Te ſeriò, Joſephe, ter & quater
Velim, roganti te facilem dabis
Conſido; nec quidquam profectò eſt
Quod mihi gratius eſſe poſſit.
Parentis Æneæ Aſcanius fuit
Cura omnis olìm! Storge eadem meum
Obſedit hoc pectus; tuumq;
Cor eadem, puto, cura replet.
Si, quod velim ſperare, tibi quoq;
Proles parenti eſt. O Soboles tuis
Parentibꝰ quam fortè philtrum es;
Quo neq; fortiꝰ eſt repertum.
Annon docebit pectore de meo
Pectus tuum te ſic ſatis & ſuper,
Claudere? nonnè quod rogatum

Te ve-

Te volui, dabis expeditum-?
Nil addo, cum de te dubitem nihil,
Unum niſi hoc; ut te jubeam & tuos
Feliciter valere, meq;,
Quod facis, atq; meos amare.

Ad Dn. PETRUM RUESSIUM, Conſulem Cremp. deſignatum.

QVod factum eſt hodiè rebar ſic ante futurũ,
Jam tum, quandò adijt Collius aſtra poli.
Conſulis erepti ut ſubſellia nempè ſubires
Conſul, & in vacuum ſufficerere locum.
Gratulor ergò tibi, quin & mihì gratulor ipſi,
Affini es junctus fœdere namq; mihi.
Gratulor indè tuis, & toti gratulor urbi,
Atq; Senatorum gratulor indè choro.
Et precor hoc munus fauſtum felixq; Jehova
Atq; tibi atq; Rei-publicæ ut eſſe velit.
Quo multa Spartam, quam nactus, laude gubernes,
Grata DEO ut facias & patriæ utilia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quod fiet, ſtudio ſyncerǽ ante omnia ſumme
Si curare velis relligionis opus.
Indeq; jus imis & primis dicere, nullo
Reſpectu, Jus ut dicere Jova jubet.
Cumprimis viduas ſi pupillosq; juvare,
Sunt quot & in tenui ſorte, juvare voles.
Atque operam dare, quò Ludovici *nomen &*
omen *(eris)*
Æquipares. Hominum tutum ita ἀσύλω
Hinc ego credo die, Ludovico *quæ ſacra, Con*
Electus ſummi es numinis arbitrio. (ſu)

Ad Dn. PETRVM PAPE-NIVM, cum actui ſolemnis introductionis ipſius in Scholam Soltquellenſem, ad munus Conrectoris, fortè intereſſem, gratulatio extemporanea.

GRator & ipſe tibi, vir docte, precorq; Jehovam,
Quælibet officij proſperet acta tui.
Quo multâ poßis cum fruge docere juventam,
Cumprimis cæli ſidera ad alta viam.

Sic

Hic merces, quæ parva ſolo eſt, tibi maxima cœlo
Solvetur. Levet hæc omne laboris onus.

Ad JOANNEM KLEINIVM Soltq. pro Anagrammate exhibito reſponſio extemporanea.

G*Rata mihi,* Kleini, *tua Muſa eſt, perge ita, quondam*
Qui Parvus *nunc es nomine,* Magnus *eris.*
Nomine nec tantum Magnus, *re maximus olim,*
Si toto celebres pectore numen, eris.

Ad IOANNEM JUNGIVM Dithmarſum.

Q*Uærebam undè eſſes,* Iungi, *cognomen adeptus*
Inventa eſt tandem vocis origo tuæ.
Scilicet egregios quoniam tibi jungis amicos,
Iungi *à* jungendo *nomen & omen habes.*

Ergò

Ergò tibi certo, Iungi, *me fœdere junge,*
Junctaq; disjungi fœdera, Jane, cave.

In Album
PAULI COLLII.

S*cribere me quoq;,* Paule, *tuum vis nomen in Album,*
Et tibi ſigna meæ pingere nota manûs?
Pareo, nec nomen tantum paro ſcribere; jungo
Nomini & adfectus ſymbola certa mei.
Queîs tibì anhelanti ſubdo calcaria ad arces,
Pulchra ubi ſunt ſtudijs fixa trophæa pijs.
Et duo ſunt verſus : Pius eſto, Precare, Magiſtros
Obſerva : Muſas dilige ; *Doctus eris.*

In Album
JANI JACOBI MASII.

P*Rimus in hoc ſcripſit ſua nomina* Starrius *Albo,*
Præceptor tibi qui JANE-JACOBE fuit.

Vndè

Mè ego quod primum numeros hunc inter amicos

Colligo*: Alexander ſicut Ariſtotelem*

Nomen ab hoc cupis ut ſcribam tibi, Jane, Secundus,

Jane, Secundus *ab hoc numquid amicus ero!*

Tua mens hæc eſt, nunquam te fallet, Alard9

Jane Jacobe, tibi ſemper amicus ero,

Primos *inter, nunquam poſtrem9 habebor,*

Me modo non renuas hoc numerare loco.

Tu mihi poſtremos nunquā numeraberis inter,

JANE, ſed & primos inter amicus eris.

In Album ANDREÆ BABBII.

ABſens abſentis memor ut ſit amicus amici,

Scripta facit gratâ litera grata manu.

Liber hic iſtum quia conſecratus in uſum eſt,

Memnoſynon dextræ pono tibi hoccè meæ.

Non dextræ tantum, ſed amici pectoris arrham

Addo ſimul: pingi vix licet illa queat.

Ergò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ergò legis quoties, Andrea, hic nomen Alardi
Non nomen tantum te legere hiccè puta.
Sed mentem ſimul & notũ quoq; pectus Alardi:
Te legere, & nitida in luce videre puta.
Sic eris abſentis memor abſens ſemper Alardi,
Sic memor, abſentis Babbij Alardus erit.

In Album LAMPERTI ALARDI filij mei.

HIc iſtũ Codex quia conſecratus in uſum eſt
Dextera ut hoc ſcribat nomen amica ſu-
Cumprimis horũ, virtus, doctrinaq; vulgꝰ (um.
Quos juſſit ſupra tollere ad aſtra caput.
Aut tibi quos ſtudij communio junxit amore,
Seu cives hi ſint, ſeu peregrinus homo.
Scilicet, ut cum non licitum uno ſemper in orb
Degere, pro vitæ eſt conditione, loco:
Abſens abſentis meminiſſe è nomine poſſis,
Adſpiciens notæ ſymbola grata manus.
Ergò vide ne quemq;, habito diſcrimine nullo
Hic jubeas dextræ ponere lemma ſuæ.

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sed lectum è vulgo florem, quosq; ardua virtus,
Aut genus, aut Muſæ nobilitavit amor.
Præcipuè expertes fuci, quos CANDOR honeſtat,
Exſulet à libro hoc ut procul ATER homo.
Hac ratione tuus codex, qui dicitur ALBUM
Ominis egregij nomen habere poteſt.

Filio meo dulciſsimo LAMBERTO ALARDO cum is in incluta Lipſ. Acad. renunciaretur Philoſ. Magiſter.

Serta MAGISTRALIS, felici ſidere, DAPHNES
Ut capias, ſchola quæ dat PHILYREA tibi;
Itq; ea divinæ cedant ante omnia laudi
Sintq; tibi & ſtudijs utilia illa tuis:
Ex animo precor & voveo dulciſsime fili,
Det bonus huic voto pondus ineſſe Deus.

Ad Album
GUILIELMI ALARDI
filij mei.

QVis liber hic? ALBUM eſt. Cur nomin
dicitur ALBI?
Pagina quod toto hoc quæque ſit ALB
libro.

Pagina cur albet? dextra hac ut ſcribat amica
Nomen, amicitiæ mnemoſynonq; ſuæ.
Quem ſed id in finem fit? ſic abſentis amici
Patroniq; queam quò memor eſſe mei.
Nullane cauſa alia eſt, liber hic cur gaude
ALBI (ſen
Nomine? cauſa alia eſt, hanccè proindè re
Expetat hoc ALBUM quod amici CANDID
& ALBI
Nomen, & ater homo debeat eſſe procul,
Dicitur hinc ALBUM liber hic. Intelligo cau
Nominis, & mentem ſatq; ſuperq; tuã. (ſa
Annè cupis noſtra huic quoque nomen ut inſera
ALBO (rogo)
Dextra meum? hoc cupio, hoc terq; quaterq;

Annuo

nnuo. Sed præter nomen vis lemna quod ad-
Lemna ſalutaris quod vice ſit moniti? (dam,
oc volo, ni grave ſit ! Primâ ergò in fronte libelli
Te moneo : monitum hoc pectore conde tuo.
n facilè hunc cuivis offerre memento libellū,
De quo, ſit, dubites, ALBUS an ATER homo.
plorare prius decet & cognoſcere amicum,
Fœdere deìn tibi eum jungere ſi probus eſt.
ederis in ſignum poſt nomen ut inſerat Albo
Poſcere, ne te olim pœnituiſſe queat.
ALBUM fuerit liber hic nō nomine tantū.
Sed quoq; re; atq; HORTUS pulcher amiciciæ.

In Album PETRI BULICHII.

IT tuo noſtrā quoq;, Petre, dextrā
Inſeram libro petis huic ? petenti
atiam hanc promptꝰ faciliſq; præſto,
Nec modò nomen

Scribo, ſed VOTUM *ſimul addo: votum*
Quo precor ſummum ſtudijs favere
Ut tuis NUMEN *velit absq; cujus*
Omnia nutu
Vana ſunt, quæ quis cupit expedita
Reddere; inſomnis licet ipſe pernox,
Perdiusq; omnem lapidem movere
Tentet & inſtet.
Ut tuos ergò juvet ac ſecundet
Jova conatus voveo, precorq;,
PETRE, *progreſſu facili ut per artes*
Pergere poſſis.
Optimas ſummam ſtudiorum ad arcē
Qua decus, qua laus, honor & perenn
Fama dat nomen ſtudijs dicatis
Funeris expers.

In Album
SEVERINI ALBINI,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ORimus in hoc nomen retulit Papenius Album
Præceptor nuper qui tibi fidus erat.
Alter ab hoc ALBINE meum tibi nomen ALARDUS
Scribo, quia hoc video ſic placuiſſe tibi.
Nomini & huic votũ ſuperaddo, ALBINE, tuo ALBO
Ut nomen ſcribat nemo niſi ALBUS homo.
Albini albus homo ſi nomen ſcripſerit Albo:
Atq; Albo procul hoc exſulet ATER homo:
Quis mage non pulchrum facilè hoc invenerit ALBUM:
Dignus erit liber hic nomine nempè ſuo.
Quin poſſeſſoris liber hic quoq; nomine dignus
Sic erit, atq; Alba dignꝰ ubiq; manu.

In Album NICOLAI BIRCK-HOLTI.

Non eadem facies Silvarum eſt : Quercub illa eſt
Plena, ſcatet Fagis iſta, habet hæc Betula
Quis reliquas numeret Silvas, manus alma Jehovæ
Pro variâ ſevit quas ratione ſoli ?
Queîs ſuus eſt uſus, licet haut ſint fructib omnes
Stipatæ, aut aliâ conditione pares.
Quercubus & Fagis glans naſcitur apta ſagg
Qua pote vix porcis gratior eſſe cibus. (næ)
Sint ſteriles Betulæ quamvis tamen utim harum
Frondibus in templis, utimur in domibus.
Feſta dies agitur cum verno tempore, gratus
Sic Betulis viror eſt, ſic betulis odor eſt.
De BETULIS tibi nomen ineſt, BIRCKHOL TE, quod expers
Omnis haud puto te nomen habere boni.

Quin

Quin ego vaticinor; ſi caſtra ſequere ſororum,
Ut benè cœpiſti, porrò etiam Aönidum;
Inſtar eris BETULÆ *frondentis, ut ædibus olim*
Eſſe queas ſacris, non ſine laude, decus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

LIPSIÆ
Typis exſcribebat GEORGIUS
LIGER.

Impenſis Hæredum HENNINGI GROSII Junioris.

Anno

M. DC. XXIV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

TURMÆ SACRÆ

ſive

ANACREON LATINUS,

IDEMQUE CHRISTIANUS:
AMORIBUS PUDICIS,
SUSPIRIISQUE PLENUS.

Ad
S. S. Patrum imitationem.

AUCTORE
GUILIELMO ALARDO,
Holſ. P. Laureat. Cæſ. Paſtore
Crempenſi.

CYPR. SERM. 6. DE ORAT.
DOMIN.

qui habitat intus in pectore: ipſe ſit & in voce.

LIPSIÆ,

Sumptibus Hæredum HENNINGI
GROSI Jun. Anno 1624.

k

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Aurel, Prudentius Clem. Ca-
themer. hym. 2.

ILlum forenſis gloria,
Hunc triſte raptat claſsicum,
Mercator hinc, ac ruſticus
Avara ſuſpirant lucra.
At nos lucelli, ac fœnoris,
Fandiq́, prorſus neſcii,
Nec arte fortes bellicâ,
Te, CHISTE, *ſolum novimus.*
Te mente pura & ſimplici,
Te voce, te cantu pio,
Rogare curvato genu
Flendo, & canendo diſcimus.
His nos lucramur quæſtibus,
Hac arte tantum vivimus,
Hæc inchoamus munera
Cum Sol reſurgens emicat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

JESU CHRISTO,
DEO ET HOMINI
Servatori meo

OPTIMO,
MAXIMO,
UNICO:
SACRUM.

PArva fero tibi parvus ego, tu parva probabis,
Qui pro me parvus, CHRISTE REDEMPTOR*, eras.*
Magna feram tibi magnus ego, tu magna probabis:
Magnus in Elyſiis quando ero factus agris.
Interea ô mea parva lubens cape, & effice, ut iſthæc
Auſpicio fiant parvula magna tuo.

Guil, Alard.

Magnifico ampliſſimoq́ viro

Dn. ANTHONIO WITERS

HEMIO SACRI PALATII LA

teranenſis, Aulæq́; Cæſareæ Comiti, J

U. D. & Illuſtriſſimorum comitum

Schawenburgenſium per annos

jam quadraginta con-

tinuos

CANCELLARIO,

Dn. & Mecænati meo honorando:

Guilielmus Alardus P. Coronat. Paſto

Crempenſis.

S. P. D.

NEmo hominum memor eſt; quicquam be
velle mereri
Deſine de quoquam: Gratia dormit anus.
Iſta novæ ſimul & veteris querimonia Muſæ,
Accepti oblitos increpat officii.
Et meritò. Ingratos quis enim, quo Dædala pe
Terra nihil generat, non quoq́ devoveat.
Sed me de vicio hoc ne fors anquirere poſſes,
Aut benefactorum dicere non memorem

Wite

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Witershemiade, Comes illibate Palatî
Cæſarei, Themidos gloria prima Deæ:
[S]umpendum duxi ſpacium ſeptenne ſilentî,
Gratia quo meriti viſa ſepulta tui.
[S]eptimus hic ſua per veſtigia namq; November
Tranſiit; obſtricta eſt quo tibi noſtra Charis.
Quando Camœnali mea cingere fronde volebas
Tempora, & hunc lauru verticem Apollineâ:
Cæſaris imperio Divi Maxæmiliani,
Quem Regum regis nunc ſupera aula tenet.
Ut quo me indicio tanto pro munere gratum
Præſto tuis ut par gratia ſit meritis?
Nil equidē in cenſu eſt noſtro quod talia præſtet,
Tantaq; ſic nimiū eſt res mihi curta domi.
Verſiculi ſuperant paucíq; rudesq; Camœnæ
Pauperis, ingenii Simplicioris opes.
Has dare opes opis eſt noſtræ, nil ſuppetit ultra.
Gratia Patrono eſt hinc referenda meo.
Ergò lubens, Cordate ſenex, quos offero verſus,
Sint munus quamvis hi levidenſe, cape.
Et mentem mage quam donum metire datoris:
Hoc ſit vile licet, non tamen illa levis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quamvis nec vile hoc, reor, aut leve munus ha
bebis,
Si ſpectes Muſæ ſimplicis ingenium.
Nam licet hæc Cyrrhâ procul & Permeſſide lym
Syderis Arctoi ſub propiore gelu, (phâ)
Algeat, & titubet numeris: tamen intimus ig
eſt
Plena DEI; & JESU fervida amore ſui.
Hunc amat, hunc unum ſitit, hunc ſuſpirat, O
Nititur hunc ſolum demeruiſſe ſibi. (ardens)
Quantus es, hunc quoq; tu ſpirasq; ſitisq; :
ergò
Hæc nihili facies carmina, magne Senex.

Laure

Laurea Camænalis

à Magnifico, Ampliſſimoq́ viro

ANTHONIO VVITERS-
HEIM SACRI PALATII LA-
TERANENSIS, Aulæq; Cæſareæ Co-
mite; J.U.D. & Illuſtriſſimorum Co-
mitum Schawenburgenſium
Cancellario:

GUILIELMO ALARDO

Holſ. collata:

Die Divi Hieremiæ; qui erat 7. Septem. Anni 1605.

NOs Anthonius Witersheim, Sacri Palatii Lateranenſis, Aulæq; Cæſareæ Comes, J. U. D. Illuſtriſſimorum Comitum Schawenburgenſium per annos jam triginta duos continuos Cancellarius; Reverendo ac excellentiſ. ingenii viro; Dn. Guilielmo Alardo Eccleſiaſtæ Regio in Oppido Cremp. Salut. Meruit, vir Reverende, eruditio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

tua ſublimis, ac morum vitæq́; integritas, tua deniq́; virtus multorum illuſtri elogio, & ingenii tui (cujus nobis multiplex exhibitum fuit ſpecimen) ſingulare acumen; ut condigno te proſequamur amore. Jam enim ab ineunte ætate ab iis rebus abhorruiſti, quæ temporum, locorum, atque ætatum omnium ſunt. Ea vero ſtudia, quæ ad vitam æternam ducunt; quæq; & adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant; adverſis perfugium ac ſolatium præbent; delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, ruſticantur; præclare excoluiſti. Cur igitur te etiam ex Doctorum hominum grege (quorum tamen eruditio nihil ad tuam.) eximere, & in eminentiorem locum ſiſtere dubitaremus? quippe qui in Poëſeos ſtudio; quod non poſtremas inter reliquas artes tenet, eo es progreſſus, ut verſuum tuo-

rum

um concentum valde miremur. Ennius
ANCTOS appellare Poëtas non eru-
uit. Hi namq; res geſtas Imperatorum
tq; majorum, â temporis injuriâ, atq;
mni oblivione vindicant. Hoc vero
udium non tâm in arte quâm Naturæ
eneficio conſiſtit. Cum ergo eruditio-
e ſingulari præſtes, atq́; impetu divino
d Poëſin feraris, quis tibi Lauream,
irtutis & eruditionis præmium juſte
oſſet denegare? Inter reliqua igitur
alatinatus dignitatis munera, quibus
Divus ille MAXÆMILIANUS SECUN-
us, nunquam interituræ memoriæ, nos
ondecoravit, cum haut poſtremum ſit,
uod voluerit nos eruditorum homi-
um; deq; Eccleſia & Republica opti-
ne meritorum rationem ducere, eos â
lebe ſegregare, & in eminentem digni-
atis locum conſtituere: En tibi, virtu-
is inſignia, SERTUM LAUREUM:
uo ſacrum tuum caput noſtri privile-

gii vigore atq; auctoritate IMPERA-
TORIA, animoq; maximè deliberat
cingimus, teq; hoc die, qui JEREMIÆ
Prophetæ ſacer eſt; LAUREATU
POETAM conſtituimus, atq; creamus
& ſic conſtitutum atq; creatum Poëtam
Laureatum per præſentes enunciamus
Ex hoc ergo temporis momento in fu
turum in omnibus regionibus, urbibus
civitatibus, Communitatibus, Univer
ſitatibus, Collegiis, & Academiis qui
buslibet totius Romani Imperii, ple
nam, & à nemine inhibendam, in Poëti
cæ artis ſcientia, publice privatimve
legendi, repetendi, ſcribendi, diſputan
di, & commentandi, omnesq; actus, qui
Poëtæ LAUREA inſignito, aliàs commo
petunt, liberè exercendi facultatem at
que licentiam tibi conferimus. Deniq
univerſos & ſingulos moderni Imperi
Ordines, & Principes, Heroes, Prælat
tos, Comites, Barones aliosq; Magnates

& de

& demum omnes, cujusvis ſint conditionis, poſt debitam noſtrorum officiorum oblationem, obnixè rogamus, ut te Dn. GUILIELMUM ALARDUM hac dignitate ac prærogativâ, quibus alii Poëtæ ſolenniter inſigniti, utuntur & gaudent, uti frui permittant: & ne ab aliis in iis turberis, ſedulo procurent. Cæteros vero admonitos volumus, ut pœnam contrafacientium, diplomati noſtro inſertam, ſtudioſe caveant. Quæ omnia & ſingula, tibi GUILIELMO ALARDO; SACRÆ CÆSAREÆ Majeſtatis AUCTORITATE, gratiosè communicamus atq; concedimus. Inq; ejus rei fidem indubitatam, præſens diploma manu noſtra ſubſcripſimus, eiq; ſigillum noſtri Palatinatus apprimi juſſimus. Datæ Hagæ Schawenburgenſium, die 7. Septemb. Anno reparatæ ſalutis, Milleſimo ſexcenteſimo quinto.

Antonius VVitersheim D.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

In Christianum Anacre-ontem

Reverendi, Clariſsimi & Doctiſsimi Viri,
Dn. GUILIELMI ALARDI,
affinis æternùm dilecti.

ANacreonta ſuavem
Venuſtulo lepore,
Venuſtulo decore,
Et Nectaris madore,
En Chriſtianus edit
Poëta CHRISTIANUM.
Pio precemur ergò
Huic fauſta cuncta vati:
Sortemq́ gratiorem,
Vitamq́ longiorem,
Famam celebriorem:
Caſtâ ſuavitate,
Suaviq́ caſtitate,
Ut vivat & triumfet.

Gregorius Maés J.D. Krem-
pæ Patriæ Conſul.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ANACREONTEM.

Suo Guilielmo Alardo, Theologo & Poëtæ,

MARTINUS FABRICIUS
Med. Doctor.

O Dæ ſuaviloqui valete Flacci,
Cothurni Senecæ, & Maronis arma,
Ante hoc lauticiæ mihi fuiſtũ;
Ante hoc deliciæ mihi fuiſtis;
Vos ſolos habui mihi Poëtas;
Vos ſolos colui mihi Poëtas,
Ante hoc. Nunc quoties mihi Poëtas
Interponere ſeriis Camœnis
Fas eſt, dulciſonos tuos Jambos,
Puros materiâ metroq; puros,
Præ cunctũ mihi Douſicis Jambis,
Haut lectos ſemel, haut ſemel legendos,
In noſtro hocce ſinu manuq; volvam,
O ALARDE, *decus novem ſororum.*
Qui tantum ſuperas Poëma Flacci,
Quantò verius indicas JEHOVAM:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

IN CHRISTIANUM

Qui tantùm ſuperas poema VIDÆ,
Quantò rectius invocas JESUM.
Eja, perge pium ciere plectrum,
Et poſt excubias, pari labore,
Prodas ordine milites in armis.
Namq́; alas cupio tuas videre,
Et Turmas cupio tuas videre,
Immo totam aciem libet videre;
Sub ſigno crucis hinc & indè lectam.
Id ſi præſtiteris tuis jambis;
Pulchris atq; piis tuis jambis,
Puris materiam metroq́; puris,
Non poſtremus Jambicus Poëta,
Sed vel primus eris in hac Palæſtra.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

In

ANACREONTEM LATINUM, non minus elegantem quam pium.

Reverendi, Cl. doctiſſimiq; viri

Dn. GULIELMI ALARDI

P. L. & Paſtoris apud Crempenſes longe celeberrimi:

Scripſit

Martinus Fabricius Wilſtrienſ. Med. D.

QVis, quæſo, Sophocles fuit Tragædus?
Orpheus quis fuit? atq; Homerus ipſe?
Flaccus quis? Maro quis? quis & Catullus?
Omnes ſcilicet Ethnici fuerunt:
Crudeles homines, adulterosq;,
Vera ut numina cœlitum colentes.
Perſuaſum tamen omnibus Pelaſgis,
Et certum fuit omnibus Latinis,
Illorum cerebris metrisq; doctis

Quoddam numen in eſſe ſingulare.
Ergo quid, Gulielme, *Chriſtiani,*
Cultoresq́; Dei, Deiq́; Filii,
Dicent hos ubi legerint libellos,
Sacris Anacreonticis refertos?
Omnes ne Anacreonticis modillis
Dicent numen ineſſe ſingulare?
Sic credo. Quis enim hoc pius negabit?
Sanctus Spiritus extitit laboris
Hujus ſuaſor & Auctor, iſte ſolus
Solertem atq́; piam facit Poëtam:
Motus iſte animis pios miniſtrat,
Et vatum calamos regit piorum.(helme!
Hei! quam dulce melos tuum hoc Wil-
Quàm verè hoc pium & elegans Poema!
Plane nil habet hoc opus laboris
Inviti; omnia Sponte, non coacta,
Non invita fluunt; piosq́; motus,
Et motus hilares ſimul legenti
Cunctis verſibus excitas Alarde.
Ergò ſuaviloqui Ethnici Poetæ,
Tu mi Mæonides, Catulle, Flacce,

Tunt

Tu Perſi, Maro, tu Latina Siren,
Tot cum numinibus valete veſtris:
Solos Chriſticolas colo Poetas,
Et ſummè, veneror, quibus JEHOVAH,
Et queîs nomen JESULI *venuſtum,*
Omnis materia eſt piê loquendi,
Scribendiq́; pie & piè canendi.
Quos inter facile es, Wilhelme *primus,*
Faxit noſter Jeſulus Redemptor
ut nobis etiam pium Catullum
Edas, & facias pium Tibullum.

Reverendo & Clariſſ. viro, Dn. GUILIELMO ALARDO P.L. & apud Crempenſes Holſatos Theologo primario, ut & amico.

S. D. Turmas tuas, mi ALARDE, *heri loco conſilii noſtri, uno quaſi ictu oculi perluſtravi. Quos offendi milites, & propius adſpexi, probi mihi viſi. Credo etiam eos tales quos non perſpexi. Nam ut ordine omnes luſtrarem, fieri à me nunc quidem nullo modo potuit: quippe*

quem operæ Typographicæ jam pene conficiun...
dum Plautum meum recudunt, &c. At tu, m...
ALARDE, *ad genus hoc carminis Anacreon...*
natus & factus mihi unicè videris. adeo qui...
quid cogitas in numeros ſuos ſuaviſſima mod...
ficatione induis. Vtq; ipſe etiam ſentias, qua...
boni ſint tui, ecce meos, quos cum tuis conte...
des.

In Turmas ſacras

GUILIEL. ALARDI. [I]D

Imperatoris Chriſtia-
niſſimi.

AD ARMA, *ad arma* ALARDUS
Ad arma Chriſtiana
Et dux & Æneator
Conclamat. Eja Turmæ
Coite præliantes.
Armorum *abunde.* Alardus
Ab ſe dat Arma, quîs hoc
Et Cœlum, & Imperator

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cœli IEHOVA, *poſſit*
Invictus ille vinci.

VVittebergæ 24. Nov.
an. 1611.

Frider. Taubmannus.

In eaſdem TURMAS
Fratris ſui Germani & optimi.

ARma, viroſq́ canis diræ qui clauſtra Geben-
Effugêre ſuis non pretio, at precibus. (næ
Miſſeris &, fugiat Stygii quo Marte latentes
Verus Chriſtiades Dæmonis inſidias.
Quoq́ Deum placent iratum munere, crimen
Pectore quos triſti nocte dieq́ coquit.
Nempe genu flexo, tenſiſq́ ad ſydera palmis:
Supplice ſi gemitu numina ſollicitent.
Urbs Ninive cladi propter peccata propinqua,
Nempe ita votivis ſalva ſtetit precibus.
Clauſaq́ ſic pandit cœli prece templa Propheta
Impetrat & ſoles, impetrat & pluvias.
Invictum vincunt ita (res miranda) Jèhovam
Pectorei gemitus ſalvificante fide.

Poſte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Poſteritas igitur, Frater Germane, labores
Tantos laudabit ſuſpicietq́ tuos.
Nec non grata tuum nomen laudesq́ ſonabit
Donec erit tellus, æquora donec erunt.

Franciſcus Alardus, Paſtor ad
S. Margaretam in Hol-
ſatiâ.

Ad Rev. & Clariß. V.
Dn. WILHELMUM ALAR-
DUM Pſycharchiatrum Crempenſem
& Poëtam Lauricomum, Ami-
cum & Fratrem

TURMAS SACRAS
producentem, publicantem

MELOS.

SAMUELIS ROSÆBOMII,
P. L. Meliſſæi.

INeſſe Numen entheum Poetico
Gregi, furore quod ſacro det incitum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

api per inſolentis orbitas viæ;
uis inſitetur? hercle nemo vel rudis
portet artis oſor ut ſit optimæ:
idem rei vetuſta cum tot adſtruant
irûm, celebre quos ſuperſtes ob Sophos
etat perire Fama, teſtimonia,
Quibus Poeta Divus atq; S A N C T U S *eſt,*
Jovisq; Germen, & Propago Cœlitum
Nec absq; jure, cum caput ſcientiæ
Poeſis una liberalis audiat,
Origo, Fonsq;, quo remanet in ſuos
Honeſta ducta diſciplina rivulos.
Sed & ſibi vigore cælitus dato,
Quod igneis miniſtret arma mentibus,
Pium putent ut O M N E, *Nata creditur*
Sagax Poli, *Deiq; munus inclutum,*
Quod æſtiviem rubente penſius Tago.
Quis ergò dèbitam D E O *rependere*
Vicem recuſet indè gratitudinis?
D E U M *canat loquatur atq; cogitet*
Cor igne Numinis, *cor igne* Luminis
Sacri Poeta plenus omnũ, addecet.

Domum,

Domum, quod Aura Spiritualis hanc colat,
Cavebo, ne quis ater hoſpes impiæ
Libidinis prophanet inquinamine;
Sed usq; ſarta tecta Conſcientia
Vt indidem Fide niteſcat integrâ,
Opus perenne, pertinaxq; ſit labor.
Alardus *Imperator hoc vigil facit*
Agone qui pio calens ferociam
Retundit hoſtis inferi, Precatuum
Suis fugans metuta tela Copiis.
At, ô Gulelme, *ſigna num receptui*
Voles tubâ tonante vocis edere?
Id arduæ vetat rei neceßitas,
Et hoſtis ardor, & ſequens periculum,
Fidelibus quod imminere cernimus
Ab Helluone ſanguinis trucißimo.
Magis fac abdicata rurſus agmina
Volent ad uſitata caſtra militum
Vocâ, locâ, mone, ſeverus increpâ
Ad arma qui cito feruntur impetu,
Ducisq; munus æmulare bellici,
Ab hoſte victor ut Tropæon erigas.

Futurum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

utura dico. namq; dum pium ſacer
egocium DEI vicarius geris,
bisq; prodigus laboris omnia
ubus viget ſalus beata patria,
uiesq; conſtat æviterna civibus;
ibi datur, ferens onus domeſticum.
ed & juvans opus ſimul duellicum,
dorea tuæ ſititor, Optio
atino-Chriſtianus *hic* Anacreon.

Weſſeliburii Dithmarſorum f.
KL. Maii An. M. DC. X.

IN ANACREONTEM LATIno Chriſtianum.

Rever. & Cl. Viri Dn.

VVilhelmi Alardi P. L.

EPIGRAMMA.

QVis furor ingenii dotes conſumere fœdis,
Ceu veniant olido fornice nata, jocis?
Hic puer excantat vocemq; lyramq; Cinædus,
Illi autem ingenium lenta puella facit,

Te

Te puer inflammat melior, tibi, Sancte Poeta,
Sanctior in Sancto carmine ludit Amor.
Ille meus crucifixus Amor, tua cura, tuum Cor,
Ignis, deliciæ, mel, roſa, baſiolum.
Hunc tibi Teîa fides latiali carmine dicat,
Hunc Romana tuâ barbytus arte canat.
O perge, ô Vates, aliorum in carmine regnet
Lesbia, quæ noctu, quæve Corinna die,
Delia quæ ſemper placeat, quæ Cinthia raro,
Julia dura, levis Candida, Polla procax.
Hîc alius dominatur AMOR; *ſcortilla valete*
Cumq; tuo multum ſpurce Bathylle mero.

Johannes Huswedelius M.
faciebat.

Ad Rever. & Cl. Virum
Dn. GUIL. ALARDUM P. Coron.

O Utinam liceat tales depromere verſus
Alardo, quales jugiter ipſe facit!
Lenia ceu placido labuntur flumina curſu,
Conſita qua blandis floribus arva ſecant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sic jucunda fluunt, ſic leni carmina ductu:
Et quæcunq; canit carmina, terſa canit.
Quanto cum rapido fulget Sol aureus æſtu,
Concedunt flammis ſidera cuncta ſuis:
Tanto alios ſuperat Guilielmus carmine vates,
Cum ferit Aoniæ fila ſonora lyræ.

Jacob. Strukius Wilſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

TURMARUM
SACRARUM
PRIOR

ſive

ANACREON LATINUS
IDEMQ; CHRISTIANUS
&c.

PRIMUS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ODE I.

Ad Amatores Jeſu Chriſti.

Prudenti Apotheoſi.

Quicquid in ære cavo reboans tuba curva remugit;
Quicquid ab arcano vomit ingens ſpiritus hauſtu,
Quicquid caſta chelys, quicquid teſtudo reſultat,
Organa diſparibus calamis quod conſona miſcent,
Æmula paſtorum quod reddunt vocibus antra,
Chriſtum concelebret, Chriſtum ſonet omnia Chriſtum
Muta etiam fidibus ſanctis animata loquantur.

ADeſte, quotquot eſtis,
Qui Filium JEHOVÆ
Amare corde puro,
Qui Filium Jehovæ
Blandis ſonare plectris,
Qui Filium Jehovæ
Lætis vocare verbis,
Qui Filium Jehovæ

 Caſtis

Caſtis ciēre votis,
Et Filium Jehovæ
Gratis movere metris
Avetis! ipſe plectra
Movebo; & ipſe verba
Dictabo, & ipſe vota
Præibo, & ipſe metra
Docebo; & inde geſtus
Amantis, & ſonantis,
Vocantis, & cientis,
Placantis, & moventis
Docebo, ſi doceri
Voletis & moneri;
Et hoc docebo primum,
Vos id notate primum.
Quì Filium Jehovæ
Amare corde puro
Studebit, hunc honores,
Gemmas; opes, & aurum,
Formam, genusq;, magno
Quod æſtimare multi,
Et deperire ſtulti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Solent, habere flocci
Decet, & putare nauci.
Nam quisquis illa ſortis
Ludibrium fugacis,
Et inde, tale quicquid,
Amare concupiſcit:
Hic Filium Jehovæ
Non dignus eſt amare.
Nam ſolus hic amari,
Et totus hic amari,
Et magnus æſtimari
Ante omnia expeteſsit.
Qui Filium Jehovæ
Gratis ſonare plectris
Amabit: ille chordas
Cordis, neſas dolentis,
Vereq; pœnitentis
Intendat: atq; plectro
Fidei, fides canoras
Pſallendo tangat: inde
Nato melos Jehovæ
Tam dulce perſonabit;

Vt Orphei camæna
Quæ dura ſaxa traxit,
Quæ bruta muta movit,
Sylvas aveſq; mulſit,
Non dulciora plectra
Moviſſe poßit unquam.
Qui Filium Jehovæ
Lætis vocare verbũ
Avebit; hunc vocabit
Fratrem ſuum, vocabit Heb. 2.
Sponſum ſuum, vocabit Joh. 3.
Ducem ſuum, vocabit Eſa. 9.
Arcem ſuam, vocabit Pſal. 18.
Scutum ſuum, vocabit Pſal. 8.
Portum ſuum, vocabit Sir. 34.
Lucem ſuam, vocabit Joh. 1.
Nectar ſuum, vocabit Cant. 5.
Sacchar ſuum, vocabit Ibidem
Vitem ſuam, vocabit Joh. 15.
Vitam ſuam, vocabit Phil. 1.
Deum ſuum, vocabit Joh. 20.
Et hunc ſuum Magiſtrum, Eſa. 36.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Et hunc ſuum patronum, Pſal. 27.
Et hunc ſuam coronam, Eſa. 1. 28.
Et hunc ſuam lucernam, Luc. 2.
Et hunc ſuam quietem, Matth. 11
Et hunc ſuam medelam, Eſa. 61.
Et hunc ſuum levamen, Eſa. 25.
Et hunc ſuum JEHOVAM, Jere. 23.
Et inde tale quicquid,
Et quicquid hiſce majus,
Et dulcius, vocabit.
Filium Jehovæ
Caſtis ciere votis
Optabit: ille vota
Huic nuncupabit iſta,
Et iſta vota ſolvet:
Se dedicare totum,
Se conſecrare totum,
Se devovere totum,
Et ſe exhibere totum
Nato velit Jehovæ.
Eiq; pergat uni
Noctes diesq; puri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Servire ſordis uſu:
Et abſtinere curvis
Anfractibus malorum.
Qui Filium Jehovæ
Blandis movere metris
Studebit: ille metra
Huic conſecrare ſoli
Studebit iſta: quondam
Quæ conſecrare Sappho,
Naſo, Maro, Catullus,
Propertius, Tibullus,
Anacreon Pelaſgus,
Horatius Latinus,
Et his pares Poetæ,
Gentilium Deorum,
Et fortium virorum,
Et hinc amaſiorum
Præconiis ſolebant.
Vt ore nunc honeſto,
Vt ore nunc modeſto,
Vt ore nunc pudico,
Vt ore nunc ſacrato,

Et more Chriſtiano,
Anacreon Pelaſgus,
Horatius Latinus,
Naſo, Maro, atq; Sappho
Loquantur, & Jehovæ
Certent ſonare natum.
Quin inſuper venuſtis
Qui Filium Jehovæ
Volet movere metris,
Et entheis modillis,
Davidis ille metra
Pudica, perpolita,
Decora, per venuſta
Studebit æmulari:
Solymæ quibus per arces
Cæleſtis illa Siren
Noctes diesq; numen
Dei ſonare ſuevit.
Sic Filium Jehovæ
Amare corde puro,
Sic Filium Jehovæ
Bellis movere metris,

Sic Filium Jehovæ
Lætis vocare verbis,
Sic Filium Jehovæ
Gratis ſonare plectris
Valebit, & Jehovæ
Sic Filio placebit.

ODE. II.

IN NATALEM SERVATO-ris noſtri Jeſu Chriſti.

Auguſtinus Sermon. 9. & 10. de Temp.

Ecce adeſt optatiſſimus dies! O dies, dierum
omnium novitas, lucrum lucis, & diſpen-
dium cæcitatis. Quis tantarum rerum ver-
borumque copia inſtructus exiſtat, qui
hujus diei gratiam dignis poſſit laudibus
prædicare?

LUx illa nocte cæca
Magis tenebricoſa
Fuit, Parens Adamus
Et Heva mater: aſtu

Dolo

Doloq; faſcinati
Quâ perditi Draconis,
Rapaciore tactu,
Infauſtiore raptu,
Ferociore morſu,
Maligniore guſtu,
Carpſere poma; poma,
Prius JEHOVA morſu
Quæ carpere his vetabat:
Acerba cuncta, mortem
Interminatus ipſam
O, iſta lux meretur,
Vt cæca nox vocetur!
O, iſta lux meretur,
Caligine implicetur!
O, iſta lux meretur,
Vt calculo notetur,
Qui nigrior ſit atro
Carbone, qui vel ipſam
Picem nigrore vincat.
Nox illa luce clara
Mage eſt meridianâ;

Prægnans puella, Sacro
Sic dirigente Flatu,
Qua Filium JEHOVÆ
Beatiore fructu,
Secundiore niſu,
Feliciore partu
In haſce fudit auras.
O, iſta nox meretur,
Vt clara lux vocetur;
O, iſta nox meretur,
Vt calculo notetur,
Sed calculo nitente,
Album nitore marmor
Qui vincat, & vel ipſam
Nivem nitore vincat.
O, iſta nox meretur,
Vbiq; publicetur,
Vbiq; prædicetur,
Facundiore plectro,
Rotundiore verſu,
Et doctiore metro,
Solemniore voto,

Feſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Feſtiviore ritu,
Venuſtiore cantu,
Frequentiore plauſu,
Perenniore cultu.
Hæc namq; nox tenebras,
Lux cæca quas Adami
Induxerat parentis,
Diſcuſsit orbe toto,
Lucemq; clariorem,
Facemq; clariorem,
Flammamq; pulchriorem,
Ignemq; puriorem,
Vel Phoſphoro nitente,
Vel Heſpero decente,
Vel igne Solis ipſo,
Toti revexit orbi.
Qua luce corda pridem
Caligo quæ tegebat;
Et cæca nox regebat,
Et error implicabat,
Et horror occupabat,
Illuminantur intus.

Vt luce mentis, ipſum
Lucis patrem Jehovam,
Et Filium Jehovæ,
De luce lux Paternæ
Qui natus eſt, & inde
Nati Patriſq; Flammam
Qua copulantur ambo
Poßint videre, &, iſtâ
In viſione, vitam
Videre ſempiternam.
Nox ô beata, ſalve;
Et tu puelle Jeſu,
Hac nocte Virgo partu
Quem protulit beato;
Ave ter, atq; ſalve.
Tu noctis involucra
Cæcœq; mortis umbram,
Et cordium tenebras
Tuæ nitore lucis
In orbe dißipaſti.
Fac ô puelle Jeſu,
Hac noſtra corda luce

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Illuminata, noctis
Tenebricoſa cæcæ
Ut involucra pergant
Vitare porrò, Sanctam
Et inchoare vitam.
Nec inchoare tantum,
Sed usq; ubiq; Sanctæ
Se conſecrare vitæ:
Et usq; ubiq; Sanctæ
Se devovere vitæ:
Ut filios renatæ
Poteſt decere lucis.

ODE III.

De dulcedine amoris JESU.

Bernhardus.

Subeat dulcis & ſuavis affectui Dominus JESUS, contra malas, utiq; dulces, vitæ carnalis illecebras: Et vincat dulcedinem dulcedo, Quemadmodum clavus clavum expellit, &c.

Quam

QVam dulce ſit fideli
Amoris igne Jeſum
Flagrare, cæca poſſet
Si cogitare turba,
Gemmas, opes, & aurum,
Genus, domos, honores,
Famam, decusq́; formæ
Quæ ſic amat, ſititq́;
Amoris hujus illam
Nimis citò puderet,
Tæderet & pigeret,
Et usq́; pœniteret.
Cruenta namq́; JESV
Tot membra, dextra, lævæ,
Vterq́; pes, latusq́;,
Caputq́; ſauciatum,
Cutisq́; perforata:
Mero fluunt amore,
Veroq́; melle manant;
Dulciq́; rore ſtillant.
Vt quisquis illa ſugit,
Merum mel inde ſugat,

Et quiſ-

Et quiſquis illa ſugit,
Is ſugat inde rorem,
Et ſugat inde amorem,
Is ſugat inde Sacchar,
Et ſugat inde Nectar.
Quin & ſuperbus aurum,
Gemmas, opes, honores,
Famam genusq́ꝫ, & omne
Par his quod æſtimatur;
Vel, ſi quid eſt, quod iſtis
Præfertur æſtimando,
Volet putare flocci,
Et æſtimare nauci.
Nam quid genus? quid aurum?
Opes quid? aut honores?
Quid forma? fama? gemmæ?
Sunt umbra. Sed quid inde?
Sunt ſomnium. quid indé?
Sunt pulvis, at quid indè?
Sordesq́ꝫ. Sed quid indè?
Sunt rete Ditis atri,
Sunt compedes Averni.

Quin

Quis ergò cæcus iſta
Nî prodigus ſalutis,
Et appetens pericli,
Amare concupiſcet.

ODE IV.

Nomen JESU ſuper omne nomen.

Bernhardus.

Nil canitur ſuavius
Nil auditur jucundius
Nil cogitatur dulcius
Quam JESUS DEI Filius.

JESUS.

O Nominis beati
Accentus inter omnes
Dulciſsimus, quot unquam
Tibi Solo atq; Cælo
Sunt aut dati, aut dabuntur,
Redemtor alme, JESU.
Hoc namq; nomen, omne
In ſe ſemel ſimulq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Complectitur, quod unquam
Nomen pii Poëtæ,
Et enthei Prophetæ,
Sanctiq́; Patriarchæ,
Choriq́; cæterorum
Fidelium invocarunt,
Aut dulce prædicarunt.
t quod melos canentum,
Mulcere ſic piorum
Aureſq́; corq́; poſſit ?
Mulcere quàm piorum
Aureſq́; Corq́; nomen,
Poteſt ſuave JESU?
uæ vox vel organorum?
Sonusq́; tibiarum ?
Tonusve fiſtularum ?
Clangorvè buccinarum ?
Strepitusve nabliorum ?
Crepitusve Cymbalorum ?
Vel quicquid eſt canorum ?
Mulcere ſic piorum
Aureſq́; corq́; poſſit ?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Mulcere quàm piorum
Aureſq́; corq́; nomen
Poteſt ſuave IESU?
Vtroq́; nempè nullum
Eſt axe ſub polorum   Actor.4.
Nomen datum, ſalutem
Quo conſequamur; unum
Nî nomen hoc IESU.
Quin & ſimul Prophetæ,
Et enthei Poëtæ,
Sanctiq́; Patriarchæ   Actor.10.
Teſtantur univerſi,
Per nomen hoc IESU
Reis nefas remitti;
Si priſtinum peroſi
Scelus, nefaſq́;, firmam
Fidemq́;, ſpemq́; nomen
In hocce collocarint.
Et vim quis efficacem
Tantæ ſuavitatis,
Dulcedinisq́; tantæ,
Poſsit ſat explicare,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Dignève prædicare?
Quæ non modo eſt per ipſam
Piis probata vitam;
Simul ſed his in ipsâ
Mortis probatur horâ.
Hac voce namq́; mortis
Amara leniuntur;
Et ſi qua demigrantes
Terrent, per hanc fugantur;
Si cordis in receſſu
Sit intimo repoſtæ.
O dulce nomen; ô vox
Dulciſsima; ô ſupernæ
Jucunditatis aura!
Spira meas ſuſurro
Dulciſsimo per aures,
Ad ima cordis, omnes
Vt repleas medullas.
Tanta ſüavitatis
Dulcedinisq́; tantæ,
Amore inebriatus,
In te, beate JESV,

Vt uni-

Vt unice acquieſcam,
Vt gaudeam, & triumphem.
Sic te canam dieſq́;
Noctesq; donec arce
Poli potitus: inter
Choros tot Angelorum,
Et mentium piarum,
Te cum piis Poëtis,
Et entheis Prophetis
Sanctisq; Patriarchis
Jam laude ſempiternâ
JESV vehám; nec unquam
Te prædicare ceſſem.

ODE V.

De dulcedine nominis JESU.

Bernhardus.

JESUS dulcedo cordium,
Fons veri, lumen mentium,
Excedit omnẽ gaudium,
Et omne deſiderium.

ESV benigne, JESVS
Noſtræ ſalutis ergò
Qui dictus es, ſalutem
Nobis tuo quod ægris Matth. I.
Cruore reddidiſti. Luc. I.
nominis beata
Tui ſuavitate
Meum cor atq; mentem
Perfunde, pande vocis
Iter, reſolve linguam;
Tui ſuavitatem
Vt nominis celebrem.
A te datur voluntas,
A te datur facultas. Phil. 2.
o dulce nomen, omne
Supèr mel atq; Sacchar;
O dulce nomen, omne
Super lac atq; Nectar,
O dulce nomen, omnem
Super ſuavitatem,
Quæcunq; prædicari,
Quæcunq; cogitari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Poteſt, vel æſtimari:
Licet vel æſtimetur,
Vel prædicetur illa,
Et centies, & ultra,
Et millies, & ultra,
Super mel atq; Sacchar,
Super lac atq; Nectar,
Et quicquid æſtimatur,
Aut prædicatur uſquam.
Proinde dulce JESV
Quàm ſit, videte, nomen! Pſal. 33.
Et quàm süave JESV
Sit, æſtimate, numen;
Veræ süavitatis,
Dulcedinisq; miræ
Quos appetitus urget.
Quisquis süavitatem.
Guſtavit hanc, medullis
Et intimis, & imo
In pectoris receſſu,
Nil eſurit, ſititve
Jeſum niſi, nec unquam

Famem ſuam, ſitimve,
Novit levare, JESV
Ni repleatur ipſo.
uin omne, dulce Mundus
Quodcunq; credit, iſthac
Præſuavitate fellis
Abominatur inſtar.
dulce nomen, omne
Pellens quod eſt amarum!
O dulce nomen, omne
Tollens quod eſt acerbum!
Amara cuncta pelle,
Acerba cuncta tolle,
Quæ cor gementis angunt.
Tuaq; ſuavitatis,
Dulcedinisq; guttam,
Vel unicam gementis
Infunde, Chriſte, cordi:
Pro lachrymis tot, atq;
Suſpiriis tot, ægrum
Quæ pectus hocce turbant,
Et cor dolentis angunt,

Vt gaudeam; ſed uno
In te, beate Jeſu,
Vt gaudeam & triumphem,
Et lætus acquieſcam.

ODE. VI.

Animæ Jeſum ſuſpirantis Deſiderium.

Bernhardus.

Gyra, & regyra: verſa, & reverſa: non invenies Pacem vel requiem, niſi in JESU.

Lud. de Saxon. lib. de vita Chriſti.

Electuarium habes, ô anima mea, reconditu in vaſculo vocabuli hujus quod eſt JESU Salutiferum certe, quodq; nulli unquam po tuæ inveniatur inefficax. Semper tibi in ſin ſit, ſemper in manu, quo tui omnes in J SUM & ſenſus dirigantur, & actus, &c.

DE luce quæro JESUM,
De nocte quæro JESUM,

IESV

JESVM requiro, JESVM
Suſpiro! ita una JESVS
Spes eſt; ita una JESVS
Lux eſt, ita una JESVS
Pax eſt, ita una JESVS
Quies, ita una JESVS
Salus, ita una JESVS
Cordi meo eſt voluptas.
[illegible]e manè quæro JESVM,
Sero requiro Jeſum,
Quotiesq; ſpiro, Jeſum
Requiro! Ita una Jeſus
Tutela, ita una Jeſus
Medela, ita una Jeſus
Lucerna, ita una Jeſus
Virtus, ita una Ieſus
Cordi meo Corona eſt.
[illegible]t præter hunc quid usquam
Deſiderando quæram?
Nil eſt. Opesne? Ieſus
Non ſunt. Domosne? Ieſus
Non ſunt. Agrosne? Ieſus

Non ſunt. Solumne? Jeſus
Non eſt. Salumne? Jeſus
Non eſt. Polumne? Jeſus
Non eſt. Polone quicquid
Solove continetur?
Non JESUS eſt, nec ergò
Vel quæro, vel requiro.
Si namq; opes vel omnes,
Agrosq; poßidebo,
Nec poßidebo JESUM,
Opes agriq; nil ſunt.
Et ſi vel omne Cœlum, Pſal.
Solumq; poßidebo,
Nec poßidebo Jeſum,
Cœlum ſolumq; nil ſunt.
Jeſum modò ſed unum
Si poßidebo, quamvis
Opes, agriq; deſint,
Cœlum, ſolumq; deſint,
Hubebo cuncta in uno,
Quem poßidebo, Ieſu.
Sic Ieſus una noſtri

MeM

Menſura certa voti eſt,
Deſideriq; ſumma.
Hic namq;, cum nec aurum,
Nec quicquid eſt, gementem
Poteſt levare: ſolus
Et erigit jacentem,
Et ſublevat cadentem,
Et recreat gementem,
Et roborat trementem,
Deducit exſulantem,
Servat periclitantem,
Et ditat indigentem,
Et audit invocantem,
Solatur & dolentem,
Et ſanat ægrè habentem,
Secumq; ad aſtra tandem
Traducit hinc migrantem.
Solum proinde IESUM,
Quem quæro, ſi tenebo,
Vnúmq; poßidebo,
Satis ſuperq; dives,
Satis ſuperq; felix,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ter & quater beatus,
Nil amplius requiro.

ODE VII.

Natali die Servatoris noſtri JESU CHRISTI: Anno 1607.

Bernhardus.

Quid tam neceſſarium perditis? quid tàm co[illegible]ptabile miſeris? quid tàm utile deſperatis [illegible] quam ipſum nomen JESU?

Prudenti Apoth.

O nomen perdulce mihi, lux, & decus, & ſpes,
Præſidiumq; meum, requies ô certa laborum,
Blandus in ore ſapor, fragrans odor, irriguu[illegible] fons,
Caſtus amor, pulchra ſpecies, ſyncera volu (ptas)

IEſu puelle, ſummi
Patris propago; verſu
Quo te miſellus inter
Has lachrymas, & iſthæc
Suſpiria ægra cordis
Canam? tuus decenti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Natalis ut colatur
Solemnitate, vitam
Cui Chriſtiana plebes
Debemus, & ſalutem:
imo melos ſereno,
Ceu limpido è canali
Venæ perennioris
Deducitur: ſed ægro
In corde, quod dolores,
Curæq; lachrymæq;
Tot obruunt, & arctant,
Vires hebent, & omnis
Vigor jacet Camænæ.
Quin ipſa vox querellis
Eſt aptior miſellis,
Quam jubilis, recenti
De vulnere, ah, ademtam
Miſero mihi ob maritam.
ot inter ergo plauſus
De te, puelle JESV,
Gaudentium tacebo?
Tot inter ergò cantus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

De te, puelle Ieſu,
Pſallentium ſilebo?
Meo nec ore, laudes
Quod ad tuas creaſti,
Te prædicabo, Ieſu?
Qui pro mea ſalute,
Tui è ſinu Parentis,
In hancce lachrymarum
Vallem miſerrimarum
Dignatus es venire,
Carnem meam ſubire,
Necemq; ſuſtinere,
Ah t! licet querellis
Curisq; lachrymisq;
Tot preſſus ingemiſcam,
Et inter haſce ſortis
Graviſſimæ procellas
Totus miſer tremiſcam:
Voces tamen canentum,
Sibiq; gratulantum
De te, puelle IESU
Conabor æmulari:

Nomenq́ dulce IESU,
Supra quod omne nomen
Dulceſsit, invocabo,
Semperq́ cogitabo,
Gratusq́ prædicabo,
Et lætus explicabo,
Cordi meo applicabo,
Ill'q́ me implicabo,
Hinc donec evolabo,
Hoc namq́ dulce nomen
Et lenit invocatum,
Nutritq́ cogitatum,
Lucetq́ prædicatum,
Delectat explicatum,
Confortat applicatum,
O ergo dulce nomen,
O nomen expetendum,
O nomen invocandum,
Et usq́ cogitandum,
Ubiq́ prædicandum,
Et ſemper explicandum,
Cordi pio applicandum,

Bernh. Sponſi noſtri nomẽ; Lucet prędicatum, paſcit recogitatũ, invocatum lenit, & ungit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Me, quæſo, te expetentem
Solare, te invocantem
Tuere, cogitantem
Defende, prædicantem
Guberna, & explicantem
Delecta, & applicantem
Conforta & obſecrantem,
Multumq́ deprecantem
Te, recrea, atq́ ſerva.
Hoc namq́ dulce nomen
Et ſingulare, JESV,
Supra quod omne nomen
Dulceſcit, omne vincens
Süavitate mirâ
Sacchar, Mel, atq́ Nectar, Matth.
Datur tibi, ut miſellos
Servare, ſublevare,
Et recreare poſsis.
O mi benigne IESV,
Te propter eſto IESVS,
O mi benigne CHRISTE,
Te propter eſto CHRISTVS,

Serva-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Servator, & patronus,
Rex fortis, & Sacerdos,
Mihi tuo clienti,
Hæc nomina invocanti:
Nil amplius petenti.
Hoc namq; pondus ingens
Si nominum tuorum
Impleveris, mihiq;
Sis IESVS invocanti,
Et CHRISTVS obſecranti,
Nil amplius rogabo;
Nil amplius requiram.

ODE VIII.

Calendis Januariis ad JESUM.

Bernhardus.

Merito ſane dum circumciditur puer, qui natus eſt nobis, Salvator vocatur; quod videlicet ex hoc jam cæperit ſalutem noſtram immaculatum pro nobis ſanguinem fundens. Propter hoc enim circumciſus eſt, propter quod natus eſt, propter quod paſſus: nihil horum propter ſe, ſed omnia propter electos.

QVas te rogare IANI
Strenas velim Calendis,
Ieſu beate, verſu
Vis explicem minuto?
Non te rogabo gemmas,
Nec te rogabo nummos,
Nec te domos rogabo,
Nec rura te rogabo,
Nec regna te rogabo,
Nec te rogabo quicquid
Solent rogare avari.
Guttas tui cruoris,
Nomenq́; dulce Ieſu,
Hac luce te rogabo.
Id namq́; dulce nomen
Iani tibi Calendis
Eſt inditum: tuiq;
Primas Cruoris iſthac
Guttas die dediſti,
Pro me meaq; culpâ.
Has te, beate IESU
Iani novis Calendis

Stre-

Strenas rogo: roganti
Quas ſi dabis, beabis.

ODE IX.

Paſſionis Chriſti meditatio ad CHRISTIANUM.

Auguſtinus.

O mirabilis cenſuræ conditio, & ineffabilis myſterii diſpoſitio. Peccat iniquus, & punitur juſtus. Delinquit reus, & vapulat innocens. Offendit impius, & damnatur pius. Quod meretur malus, patitur bonus; Quod perpetrat ſervus, exſolvit Dominus; Quod committit homo, ſuſtinit Deus.

Proſper. Car. de ingrat.

Hoc igitur precio captivi cum redimuntur, agnoſcant quali concluſi carcere, quove obſeſſi morbo fuerint, quibus eripiendis ſuccurri haud aliter potuit quàm MORTE MEDENTIS.

CHRISTI *crucem ligati,*
Sputo coinquinati,

Pugniq;

Pugnisq; verberati,
Flagrisq; ſauciati,
Probrisq; lancinati,
Clavisq; perforati,
Haſtaq; vulnerati,
Reisq; comparati,
Mortiq; deſtinati,
Tormenta, flagra, ſannas
Necemq; CHRISTIANE;
Non voce, re ſed ipſâ,
Qui Chriſtianus audis,
Penſa; ſimulq; cauſas,
Scrutare diligenter,
Conſidera frequenter,
Et pondera decenter,
Noſcas ut evidenter,
Cur ipſe ſit ligatus,
Sputo coinquinatus,
Pugnisq; verberatus,
Flagrisq; ſauciatus,
Probrisq; lancinatus,
Clavisq; perforatus,

Reisq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Reiſq; comparatus,
Mortiq; deſtinatus,
Et in crucem levatus.
namq; ſempiterno
Natus Patri coæquus
Divinitate, & idem
Natus Patri coævus
Æternitate ſummo:
Noſtram, ſed abſq; nævis,
Et abſq; labe, carnem
De carne Matris ALMÆ
Sumſit, ſibiq; mira
Communione junxit.
Patriſq; prædicando
Mentem ſui, ſalutis
De reſtitutione,
Vitæq; ſempiternæ
Poſſeſſione vera
Non deſtitit docere.
Nulli nocere, cunctis
Prodeſſe promptus; ægros,
Quotquot ſuam gementes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Requirerent medelam,
Non deſtitit juvare.
Per hunc loquela mutis,
Et lux amica cæcis,
Et vox ſonora ſurdis,
Et planta recta claudis,
Et ſanitas leproſis;
Salusq; vera lapſis,
Et vita jam ſepultis,
Eſt reſtituta verbo,
Vel dexteræ potentis
Salubriore tactu.
Quin ipſe ſic ab omni
Puriſſimus reatu,
Sanctiſſimusq; vitæ
Curſum ſuæ peregit
Tot inter impiatos:
Vt nullius ſit unquam
Culpæve, criminisve
Convictus. Hunc quis ergo
(Excors niſi) putarit
Meruiſſe ſic ligari,

Sput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sputo coinquinari,
Pugnisve verberari,
Flagrisve ſauciari,
Probrisve lancinari,
Haſtave vulnerari,
Reisve comparari,
Mortive deſtinari,
Et in crucem levari?
Ne, Chriſtiane, ne ſic
Perverſus eſto; ne ſic
Ingratus eſto, ne ſic
Inſanus eſto, ne ſic
Blaſphemus eſto: (quamvis
Vel Pontifex id ipſe,
Hannasve, Caiphasve
Furente cum popello,
Legisq; cum perito,
Et ſæviente Scribâ,
Juratus aſſeveret)
Vt ſuſpicere, JESUM
Quid quam patraſſe, virgâ,
Pugnove vindicari

Quod

Quod debuiſſet ; immò
Convicio quod ; immò
Vel verbulo quod, immò
Vel torviore vultu,
Strabivè nictu ocelli
Quod debuiſſet unquam
De iure vindicari ?
De jure vindicari
Quod debuiſſet, inquam,
Strabivè nictu ocelli,
Vel torviore vultu,
Convicio vel uno.
Proindè noſſe veram
Si, Chriſtiane, cauſam
Certiſsimamq́ꝫ quæris ?
Quæ Filium IEHOVÆ
Per omnia innocentem,
Nil tale promerentem
Coëgerit ligari,
Reisqꝫ comparari,
Mortiqꝫ deſtinari,
Et in crucem levari ?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Memet, meosq́;, temet,
Tuosq; cerne, & indè
Quotquot fuere, & indè
Quotcunq; ſunt, & indè
Quotcunq; erunt, Adami
Satu parentis ortos,
Complectere intuendo:
Hos intuendo, cauſam
Veriſſimam intueris.
Hos intuendo cauſam;
Certiſſimam întueris:
Et unicam intueris
Hos intuendo cauſam;
Quæ Filium Iehevæ
Nil tale promerentem,
Per omnia innocentem,
Coëgerit ligari,
Reisq́; comparari,
Mortiq́; deſtinari,
Et in crucem levari.
Peccata noſtra CHRISTO
Tot intulere plagas:

Delicta

Delicta noſtra ſannas,
Flagella, probra, & ipſam
CHRISTO *intulere mortem.*
Nos, Chriſtiane, ſontes
Hunc ſtipiti immerentem
Affiximus trabali.
Nos, Chriſtiane, acutis
Eſentibus coronam
Compegimus nocentes,
Quæ vertici innocentis
Impreſſa. Noſtra pectus
Delicta ſacroſanctum
Mucrone vulnerarunt.
Delicta noſtra, felle
Amariora, fellis
Huic miſcuere potum.
Delicto noſtra cocco Eſa. 1.
Rubentiora, veſte Eſa. 63.
Hunc coccina induerunt,
Delicta noſtra, noctis
Inſtar profundioris,
Suo nigrore, Solis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

CHRISTO oppetente mortem
Abſcondidere vultum.
Immo Patris Iehovæ
Delicta noſtra vultum
Abſcondidere, diram
Chriſto oppetente mortem.
In ergò, Chriſtiane,
Non voce, re ſed ipſa
Qui Chriſtianus audis,
Hæc penſitando, temet
Ipſum viden', & omnes
Quotquot fuere, & omnes
Quotcunq; ſunt, & omnes
Quotcunq; erunt, Adami
Satu parentis ortos.
Cauſam eſſe, quæ Iehovæ
Nil tale promerentem,
Per omnia innocentem,
Sic Filium ligavit?
Sputo coinquinavit?
Pugnisq; verberavit?
Flagrisq; ſauciavit?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Probriſq; lancinavit?
Haſtaq; vulneravit?
Reiſq; comparavit?
Mortiq; deſtinavit?
Et in crucem levavit?
Et iſta ſi fateri
Iam cogeris; tuumq;
Scelus, nefaſq; Chriſto,
Nil tale promerenti,
Per omnia innocenti,
Tot intuliſſe plagas,
Tot obtuliſſe ſannas,
Ipſam intuliſſe mortem,
Satis ſuperq; cernis!
Hinc porrò, pœnitenti
Scelus tuum nefasq;
Lugere, diſce, corde.
Et pejus angue poſthac
Pejusq; morte poſthac
Abominare noxas
Crimenq;: vulnerato
Pro te tuisq; noxis

CHRISTO, tot atq; tantos
Ne refrices dolores,
Ne refrices dolores
Chriſto tot atq; tantos:
Abominare noxas
Crimenq; peſte pejus
Poſthac, & angue pejus,
Leonis ungue pejus,
Et hoſtis enſe pejus,
Urſiq; dente pejus,
Ipſaq; morte pejus,
Et Ditis igne pejus.

ODE X.

Ad Jeſum SANGUINOLENTUM.

Bernhardus.

Chriſtus guttas ſanguinis, tanquam lachrymas precioſi balſami, ſudavit. Quare vide ô homo, quantum CHRISTUS te amârit, qui non ſolum oculis, ſed quaſi omnibus membris ſanguineo ſudore lachrymaſſe videtur, ut totum corpus Eccleſiæ purgaretur. Viſcera Domini miſericordia affluunt, nec deſunt foramina per quæ effluant. Fo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

derunt manus & pedes ejus , Latusque la
ceâ foraverunt , & per has rimas licet mi
mel ſugere de Petrâ, oleumque de ſaxo d
riſſimo, id eſt, guſtare & videre quàm ſuav
ſit Dominus, &c,

IESU beate, ſummo
Patri coæqua proles,
Quâ, quæſo, voce grates
Meritas tibi ſonabo,
Quod vincla, flagra, ſannas
Quod vulnera, & cruentam
Pro me necem tuliſti?
O quicquid eſt fibrarum,
O quicquid eſt pilorum,
O quicquid eſt pororum,
O intimæ medullæ,
O quicquid eſt, & intra
Corpuſculum hoc, & extra,
Oris vicem ſonando,
Linguæ vicem loquendo,
Vocis vicem canendo
Poſſent referre? fibris,

Pilis, poris, medullis,
Et cæteris, quot extra
Corpuſculum hoc & intra
Sunt, organis ubiq;,
Jeſu benigne, grates
Tibi ſonare noctes
Contenderem diesq́;.
uamquam nec hiſce linguis,
Nec vocibus, nec iſtis
Tot organis valerem
Te prædicare digné,
Quantumq; magnitudo
Meriti meretur, unquam:
Nec omnis Angelorum
Cui multitudo par eſt
Canendo, prædicando.
u namq́; ni miſertus
Mei, gravem Parentis
Iram, minasq;, Jeſu,
Pro me reo ſubiſſes!
Spes liberationis
Cælo, ſoloq; nulla

Se perdito obtuliſſet.
Tam nempè vulnus atrox
Inflixerat, venenum
Tam triſte vulnerato
Afflârat exſecrandi
Crudelitas Draconis:
Te præter, his mederi
Nemo ut malis valeret.
Tu ſcilicet dediſti
Redemtor exſolutum
Pro me lytron, nec auri
Talenta, nec Smaragdos
Jaſpidasve; magno
Vel quicquid æſtimare
Mundus ſolet, ſed undam
Sanctiſsimi cruoris,
De corpore innocentis
Largiſsimè profuſi,
Et ſæpiùs profuſi.
Te namq; quando in horto
Gethſchemanes, Parentis
Hinc ira & indè noſtra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Delicta, & indè Legis
Edicta, & indè Mortis
Sagittæ, & indè Averni
Tormenta, & inde Ditis
Infeſta tela, ſummè
Proſternerent dolentem,
Affligerent trementem,
Et angerent gementem!
Sudor tibi per omnes.
Fluxit poros cruentus.
Et cum truces Pilati
Te milites flagellis
Hinc cæderent, & indè
Atrocius: per artus
Talos adusq́; ſanguis
Manavit innerentis.
Plexamq; acuminatis
E vepribus Coronam
Cum vertici innocentis
Impingeret furentum
Caterva verberonum,

Cruor tibi decentes
Tinxit rubore malas.
Hinc ſtipiti trabali
Pro me meisq; noxis
Cum figerêre, foßi
Clavis pedes manusq;
Quadruplici cruorem
Dedêre fonte fuſum.
Tandemq; quando vitâ
Jam functo ahena cuſpis
Latus tibi tenellum
Rupit; cruor, ſimulq;
Aqua inde mixta fluxit.
Hæc, mi benigne JESU,
Tui cruoris unda
Tam largiter profuſi
Precium redemtionis
Eſt unicum; ſalute
Quod pro meâ dediſti.
Hoc ſanguinis fluentum
Tui parentis iram
Reſtinxit, inferorum

1. Joh. 1.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ad infera usq; edaci Deut. 32.
Quæ ſæviebat igni. Nahu. 1.
Hoc flumine abluuntur
Peccata noſtra, quæ nec 1. Joh. 1.
Vel Rhenus omnis unquam,
Vel albis abluiſſet.
Hoc amne noſtra fundum
Demerſa ſunt ad imum
Delicta, porro ne quid Mich. 7.
Reis creent pericli.
Hoc rore vulnerati,
Ceu Balſamo ſalubri,
Sanamur: hac venenum
Stygii ſimul colubri
Depellimus medelâ.
Hoc fonte viva manat
Salutis unda: Rivo
Nepenthes atq; Nectar Eſai. 12.
Hoc profluit: ſalutem
Vitamq; ſempiternam Joh. 4.
Quod ſufficit bibendi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Hac pro benignitate
Tantâ, beate Jeſu,
Grates tibi referre
Quantas merere; noſtræ
Non eſt opis; fac ergò
Æqui boniq;, quicquid
Conamur hîc: recepti
Donec polo, perenni
Te voce prædicemus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ANACREON LATINUS IDEMq́; CHRISTIANUS &c.

SECVNDVS.

ODE I.

Semper & ubiq; orandum.

In ſentent. Proſ. c. 333.

Quid ſupplicaturus Deo locum aptum & ſanctum requiris? Interiora tua munda, & indè malâ omni cupiditate repulsâ, præpara tibi in cordis tui pace ſecretum. Volens orare, in te ora, & ita age, ſemper ut Dei templum ſis, ibi enim Deus exaudit, ubi habitat.

ORare quando JESUS
Me juſſerit, jubenti Joh. 16.
Parere tum recuſem? Matt. 6.
Num ſupplicare ceſſem? Matt. 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Is namq́; qui rogare Luc. 11.
Me juſsit omne promptus
Daturus eſt, petentis
Quod conferat ſaluti.
Simulq́; quod petentis
Non conferat ſaluti,
Negabit; Ipſe novit,
Me rectius, roganti
Quid proſit, & quid obſit.
Sic usque quaq; lucrum,
Et undequaq́; fænus
Preces erunt roganti:
Seu, quod precor, negetur;
Seu præbeatur. Ergò
Orare quando Jeſus
Me juſſerit, jubenti
Parere num recuſem?
Num ſupplicare ceſſem?
Et quandò UBIQUE, *quovis*
Loco, manus rogando Joh. 4.
Puras levare Jeſus
Me juſſerit, jubenti

Parere num recuſem?
Cur non UBIQVE, quovis
Loco, manus rogando
Puras levare tentem?
Commodè precanti
Stent TEMPLA! templa votis
Sint officina noſtris.
Sin templa ſupplicanti
Negentur: ipſe TEMPLUM
Sim Trinitatis almæ.
In hoc ſtat ARA templo,
Quæ numini dicata eſt,
COR POENITENS, SACERDOS
Hic CASTA MENS; PRECESq́;
HOLOCAUSTA ſunt; & IGNI
PIETATIS offeruntur.
In hoc proindè TEMPLO,
Et hac preces in ARA,
Devotiore cultu
Summo offero PARENTI,
Et FILIO Parentis,
Et utriusq; AMORI.

Et quandò SEMPER, hora
Quacunq́; ſit precandum,
Quid temporis receſſus
Aptamq́; tardus horam
Requiro? tempus horam
Requiro? tempus omne
Tempus meum eſt: & horæ
Eſt omnis apta votis.
Quin tempus hoc, & hora
Quæ nunc adeſt, precando
Aptiſſima eſt. Quis ergò
Requirat aptiorem?
Quis craſtinum moretur,
Perendinumve tempus?
Qui nunc ineptus, aptus
Cras eſſet ad precandum?

ODE II.

Indeſinenter orandum, 1. Theſſ. 5.

Chryſoſtom. 1. c. 7. Matth.

Si inſtes poſtulando, etiamſi non continuò ac
cipias, accipies tandem. Propterea quipp
oſtium clauſum eſt, ut tu pulſare cogaris
idcirc

Idcirco non celeriter annuit, ut tu diutius petas: permane igitur in quærendo & pulſando, & abſq; ambiguitate accipies.

"I quid rogas Jehovam,
Rogare quod licebit,
Et aſſequi rogando
Impenſius laboras,
Fideq; ſpeq; firma,
Vide, roges Jehovam.
Et ipſe ſi rogantis
Non protenus benigna
Admittat aure vocem,
Ne tædio morarum
Abſterrearis, inſta:
Et hinc roga ſecundum.
Si nec ſecunda vota
Rogantis audiantur,
Hinc tertium rogabis.
Quod ſi nec illa pondus
Velint habere vota,
Rogabis indè quartum.
Quin, ſi nec has Jehovæ

Favor preces ſecundet,
Rogabis inde quintum,
Rogabis iude ſextum:
Immò rogabis indè
Vel centies; rogabis
Vel milhes, roganti
Tandem Jehova tandem
Aures dabit benignas.
Dabitq; largus omne
Quod expetis: vel omne
Quod expedit. Nec ergò
Sis ſegnis ad precandum.

ODE III.

Pro ſereniſſimo Rege Daniæ

CHRISTIANO IV.

Tertul. Apologet.

Chriſtiani precantes ſumus ſemper pro omni bus imperatoribus & Regibus, vitam illi prolixam, imperium ſecurum, domum tu tam exercitus fortes, Senatum fidelem, po pulum probum, orbem quietum, quæcunq;

hominis & Cæſaris vota ſunt. Hæc ab alio orare non poſſum; quàm à quo ſciam me conſecuturum, quoniam & ipſe eſt, qui ſolus præſtat, & ego ſum cui impetrare debetur, famulus ejus.

PRo Rege CHRISTIANO,
Regisq́; CHRISTIANI
Celſiſſimâ MARITA,
Celſiſſimaq́; PROLE,
Deum rogato, quisquis
Viges amænioris Dan.4.
Vt arboris ſub umbrâ,
Sub Rege CHRISTIANO,
Regisq́; Chriſtiani
Celſiſſimâ MARITA,
Celſiſſimaq́; PROLE.
Dic: O JEHOVA, *regum*
Rex ſumme, qui ſalutem 1.Tim.6.
Das Regibus, ſimulq́; Pſal.144.
Deos vocare reges, Pſal.82.
Et Filios Deorum
Soles vocare reges;

Tepe-

Te pectoris receſſu
Ab intimo rogamus,
Vt aure ſupplicantes
Nos audias benignâ,
Regemq; CHRISTIANUM
Regisq; Chriſtiani
Celſiſsimam Maritam,
Celſiſsimamq́; PROLEM,
Manus tuæ ſub umbrâ
Velis fovere tectos:
Et inſtar hos ſigilli, Hagg. 2.2
Et inſtar hos ocelli
Habere, ſpirituq́; Pſal. 51.
Armare principali.
Fac, O Jehova, regum
Rex ſumme, CHRISTIANUS
Rex, & MARITA, & horum
Propago CHRISTIANA
Ab omnibus periclis,
Ab hoſtibusq; cunctis,
Fraudumq́; mille technis,
A retibusq́;, noctes

Dies q́;

Dieſq́; quas cohortes
Diræ Stygis nefando
Parant furenter auſu,
Potenter ut tegantur,
ô JEHOVA, regum
Rex ſumme, CHRISTIANUS
Rex, atq́; Chriſtiani
Regis MARITA, *& horum*
Propago CHRISTIANA
Vivantq́; floreantq́;,
Creſcantq́;, polleantq́;:
Vt uſq; ſint valentes
Eccleſiæ columnæ; Eſai. 49.
Vt uſq; ſint benigni
Antiſtites Scholarum:
Et uſq; pacis almæ
Amabiles Patroni:
Vt Æquitatis uſq;
Jurisq́; ſint miniſtri. Amen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ODE IV.
AD JESUM.

Ambroſius lib. 3. de Virgin.

Omnia nobis Chriſtus eſt; ſi vulnus curare deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas fons eſt: ſi gravaris iniquitate, Juſtitia eſt, Si auxilio indiges, virtus eſt; ſi mortem times, vita eſt: Si cœlum deſideras, via eſt: Si tenebras fugis, lux eſt; Si cibum quæris, alimentum eſt. Guſtate igitur & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus; Beatus vir qui ſperat in eo.

O Portus in procellis,
O robur in periclis,
O lumen in tenebris,
O ſola ſpes ſalutis,
JESU beate, ſummi
Propago Patris; idem
Imago Patris; aurem
Meis benigniorem
O applica querellis,
Et me tot è procellis,

Et me tot è periclis,
Et hiſce de tenebris
Ne liberare ceſſa.
Quot hoc caput procellæ,
Et quam truces procellæ
In hoccè vorticoſi
Maris ſalo minaci
Circumſtrepant tumultu,
Quantâ miſer laborem
Jactatus in Charybdi;
Tu cernis ipſe, cuncta
Qui cernis his miſellum
Nî ſubtrahas procellis,
Portuq; mox receptum
Quietiore ſiſtas,
In hac miſer charybdi
Navifragus peribo.
Sed tutus his procellis
Quis poſsit eſſe portus,
Niſi ipſe, CHRISTE, portus,
Sis tutus his procellis?

Quam

Quam denſa me fatiget
Seges periculorum,
Quam triplici protervè
Ab hoſte, Carne, Mundo
Stygiſq; Rege vexer.
Morbi quot hinc necesq;,
Quot carceres, crucesq;,
Peſtes, Erinnyesq;,
Dextrâ mihi & ſiniſtrâ
Pericla mille, noctes
Minentur, hei, diesq;,
Tu cernis ipſe, cuncta
Qui cernis. Hic miſello
Opem niſi periclis
Feras, tuaq; fultum
Manu potenter armes;
Armisq; robur addas:
Immò ipſe, Chriſte, robur
Scutumq;, baltheusq;
Caſsiſq; ſis, & arma;
Inermis interibo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

...ligo quanta, nubes
Quàm craſſa, quæ tenebræ,
Quàm cæca noctis umbra,
Me valle lachrymarum
In hac periclitantem,
A patria exſulantem,
Involvat hinc & illinc:
Tu cernis ipſe, cuncta
Qui cernis. Intùs extra
In me, meisq́; rebus,
Nil eſt, niſi tenebræ,
Niſi atra noctis umbra,
Aut nocte ſi profundâ
Magis tenebricoſum
Quid eſt, magisve cæcum.
Quin & per has tenebras.
Cohors ſceleſta Ditis,
Et Dæmonum caterva,
Tricas tot atq; technas,
Tot retia, atq; caſſes,
Mihi indè & inde tendunt:
Vt ſi mihi miſello

Per has

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Per has facem tenebras
Præferre, Chriſte, nolis:
Immo ipſe, Chriſte, vita
Autor, Paterq; lucis;
Sol vere, fax ſalutis,
In his mihi tenebris,
Nî lumen intus, extra,
Ubiq; ſis, & uſq;
In avia atq; mortem
Præceps trahar tremendam.
Tot ergo me tenebris,
Tot ergo me periclis,
Tot ergo me procellis,
Ne liberare ceſſa:
O lumen in tenebris,
O robur in periclis,
O portus in procellis;
Jeſu, Jeſu, Jeſu. Amen.

ODE V.

AD JESUM CHRISTUM.

Ex Matthæi cap. 18.

Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.

Auguſtinus.

Jeſu noſtra redemtio, amor, & deſiderium, Te invoco in animam meam, intra in eam, & coapta eam tibi, ut poſſideas eam ſine ruga, & ſine macula. Mundiſſimo namq; Domino mundiſſima debetur habitatio. Sanctifica ergò me vas tuum, quod feciſti de malicia evacua, imple gratia, & plenum conſerva; ita ut dignum habitationis tuæ efficiar templum, hîc & in perpetuum.

Vlpes habent cavernas,
Quibus latere poßint;
Nidos habent volucres,
Quibus calere poßint:
Sed Filio Jehovæ,
Regiq; ſeculorum.

Soli

Soli locus negatur,
Vbi caput reclinet;
Soli domus negatur
Vbi caput recondat;
Qui vulpibus cavernas
Quibus latere poſſint,
Volucribusq; nidos
Quibus calere poſſint,
Larga manu miniſtrat.
Rex CHRISTE *ſumme regum,*
Fili Patris Jehovæ,
Si, quo caput reclines,
Locus tibi negatur?
Si, qua caput recondas,
Domus tibi negatur?
Huc, ô, ades, meiq;
Subire tecta cordis
Ne deſpice. En receſſus
Cordis mei, & penetral
Tibi intimum recludo.
Huc, ô, libenter intres,
Hîc, ô, caput reclines,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vt ſemper hic quieſcat
Deſideratus hoſpes.
Deſideratus hoſpes
Vt ſemper hic quieſcat.
Hic, ô, caput reclines,
Huc, ô, libenter intres,
At iſta tecta, dices,
Tui ſecreta cordis,
Et intimum penetral
Immunda ſunt: An hoſpes
Immunda tecta cordis
Mundiſſimus ſubibo?
An huc libenter intrem?
An hîc caput reclinem?
An ſemper hîc quieſcam?
O Chriſte, quis negare
Mortalium iſta poſſit;
Niſi velit negare
Labes originalis
Quod inſit univerſis:
Et cordis inde ſordes
Maculæq; tot ſequantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sed tu vales vel uno,
Mundiſsime, iſta nutu
Mundare teſta cordis,
Et amovere ſordes.
Fac ergo, CHRISTE JESV,
Immunda tecta quæ ſunt,
Vt munda tecta fiant,
Jucunda tecta fiant,
Quæ tu libenter intres
Deſideratus hoſpes,
Vbi caput reclines,
Vt ſemper hic quieſcas.
Non ut tibi quies ſit,
Sed ut mihi quies ſis.

ODE VI.

AD JESUM CHRISTUM.

Ex Matth. 15. cap.

Etiam Domine: Nam & Catelli edunt de mi-cis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sedulius.

vox humilis,ſed celſa fides,&c.

Auguſtin. ſer. 74. de temp.

ſane canis ſum. Agnoſco nomen meum: ſed
non ideô à beneficio repellendus ſum; Mo-
dicum quoddam, exiguum beneficium deſi-
dero: non menſam invado, ſed micas quæ-
ro. Et Dominus continuo: Tu te cognoviſti
canem; ego te jam agnoſco hominem,&c.

PLus quam canis miſellus,
Plusquam miſer catellus,
Ac tetrior moloßis
Fuiq; ſumq;. Nam quid
Hoc profit infiteri?
maximi propago
Parentis alma JESU,
Benigniore, quæſo,
Me contuere ocello
Plus quàm canem miſellum,
Et ſordidum catellum,
Famelicum moloſſum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Non es tui Parentis
Dimiſſus huc ab arce,
Scio miſer, catellos
Vt paſceres miſellos;
Sed Iſai nepotes,
Oves velut tenellas,
Et hinc & hinc vagantes,
Hincinde convocares,
Paſtuq; gratioſo
Tuæ benignitatis
Famelicos cibares,
Et usq; recreares.
Vt ſic mihi repulſa
Parata ſit catello,
Plusquam cani miſello.
Sed, ô benigne Jeſu,
Et hoc ſcio: catellis
Licet medulla panis,
Et pulpa grata carnis,
Et cæteri ciborum
Miſſus süaviorum,
Negata ſint, quod illis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Tamen negata non ſint
Fruſtilla lapſa menſis,
Analecta ſparſa mappis.
Quis ire quit negatum,
Micæ minutiores,
Cruſtæq́; duriores,
Ab orbe Filiorum
Hinc indè decidentes,
Quod eſca ſint catellis?
Quod eſca ſint catellis.
Hinc indè decidentes
Ab orbe Filiorum
Cruſtæq́; duriores,
Micæ minutiores,
Quis ire quit negatum?
An ergò jus catelli
Mihi nimis miſello
Negaveris catello?
An ergò me precantem,
Tibiq; ſupplicantem,
Sic uſq; lachrymantem,
Pedes tibi oſculantem

Abegeris catellum?
Si feceris, miſellus
Defecero; mihiq́;
Sis una cauſa mortis.
Des ergò, CHRISTE, des mi
Micas minutiores,
Cruſtasq́; duriores,
Ab orbe filiorum
Hinc inde decidentes:
Sat eſt mihi, nec ultra,
Nec ampliùs requiro.
O, ſi vel una mica,
O, ſi vel umbra micæ;
O, umbra ſi vel umbræ,
Cruſtæ beatioris,
Micæq́; ſanioris,
Ab orbe filiorum,
Te Chriſte, porrigente
Detur mihi catello,
Plusquàm cani miſello;
Sat eſt, ſat eſt, nec ultra,
Nec amplius requiro.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ODE VII.

AD JESUM.

De veſte nuptiali. Matth. 22.

Ex Horolog. Græco.

Εἰς τὴν μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων σου πῶς ἀναιδεύσομαι ὁ ἀνάξιος; ἐὰν γὰρ τολμήσω σοι προσέλθειν σὺν τοῖς ἀξίοις, ὁ χίτων με ἐλέγχει, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ δείπνου καὶ κατάκρισιν προξενήσω τῇ πολυαμαρτήτῳ μου ψυχῇ. καθάρισον, κύριε τὸν ῥύπον τῆς ψυχῆς μου, καὶ σῶσόν με, ὡς φιλάνθρωπος.

Ad perceptionem ſanctificationum tuarum quomodo indignus inverecundè accedam? Si enim auſus fuero accedere ad te cum dignis, veſtis me arguit quod non ſit cœnæ (nuptialis) & condemnationem conciliavero multum peccanti animæ meæ. Purga, Domine, immundiciem animæ meæ, & ſalva me, ut hominum amantiſſimus.

AD nuptiale JESU
Me gaudium vocari,
Nil tale promerentem,
Jubes; vocatus adſum.
Quàm geſtio paratæ
Tecum accubare menſæ!
Vt particeps tuorum
Fiam miſer ciborum!
Sed veſte nuptiali
Queî deſtitutus auſim
Adeſſe, cum repulſa
Sit ſordido timenda?
Hæc namq; veſtis, eheu,
Tuoſmet ante vultus
Ceu vitta menſtruatæ Eſa. 64. 6.
Sordeſcit: immò pejus
Tuoſmet ante vultus
Quam vitta menſtruatæ,
Abominanda ſordet.
Excluſus ergò cætu
Ab hoſpitum tuorum,
Sic eſuritione,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sitiq; ſempiternâ
Peribo, CHRISTE? feſtum
Ad nuptiale quem tu
Tamen jubes vocari:
Et nec ſemel vocari,
Sed ſæpius vocari,
Et ſæpius vocatum
Cogi trahiq; mandas.
Quin veſtis iſta ſi te
Offendit inquinata,
Et me ſacris miſellum
A cœtibus repellit;
Hanc exſuo, tuosq;
Egenus atq; nudus
Compareo ante vultus.
Num tu gelu peruſtum
Patiere me perire?
Nec veſte gratioſâ
Tuæ benignitatis
Nudum teges? profectò
Non ſic benigne Jeſu,
Jeſu benigne, non ſic

Aſſuetus es! Paternâ
De ſede qui polorum,
In hunc venire mundum
Dignatus es Redemtor;
Non convocare juſtos
Meritis ſuperbientes,
Reos ſed, atq; nudos,
Qui corde pœnitenti
Nefas ſuum fatentur,
Veniamq; comprecantur.
An ergò me gementem,
Nefasq; confitentem,
Veniamq; comprecantem,
A ferculis beatũ
Menſæ tuæ repelles?
Ne ſic, benigne JESU,
Jeſu benigne, ne ſic
Severus eſſe ſumas.

ODE VIII.

AD JESVM.

De ineffabili ejus amore in pios, cum amore Matris in prolem comparato.

Ex Eſa. 49. 6.

Johan. Stigelius: fol. 122.

…re Sion querulo ſic eſt formoſa locuta;
Cum quærente Deum mœſta pavore foret,
…go reliquiſti me tot mala dura ferentem:
Et memor adflictæ non es, ut ante, Deus?
…îc Deus: an poterit curam deponere prolis
Ulla parens, partum non miſerata ſuum?
…tàm dura tamen, tamq; implacabilis ulla eſt
Ut poſſit ſobolis non meminiſſe ſuæ:
…ſſe tui nunquam mutabo oblitus amorem,
Tu dilecta mihi filia ſemper eris.
…ce oculis te geſto meis; mihi cuncta videnti
Proxima ceu nunc es, proxima ſemper eris.

…Ons vive charitatis,
Et enthei caloris;
JESU beate; quantus

In nos tuus ſit ardor,
Licet docere lingua
Non poßit ulla, nec mens
Humana cogitare:
Qualis tamen ſit ardor
In nos tuus, docere
Dulcißimâ volebas
Imagine ipſe, Matris
Affectui benignæ
Cum comparare amorem
JESU, tuum volebas.
Quamvis nec iſta plenè
Tuum figura amorem
Referre poßit, omnem
Qui comparationem
Excedit, & figuram.
Quantus piæ ſit ardor
In filios parentis,
Quæ flamma, ſat ſuperq;
Domeſtico probatum
Speculo mihi dediſti,
JESU, meæ in maritæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Amore, quo tenellos.
Sic deperire natos
Conſueverat, ſtupori
Vt eſſet ipſa multis.
Quam ſedula illa nocte,
Quàm provida illa luce,
Domi, foriſq; curam
Præ me gerebat horum?
Quamvis nec ipſe curam
Relinquerem meorum,
Me nempe ſic volebas
Dulciſsima docere
Imaginis ſub umbra
Quanto meosq́; meq;,
JESU beate, & omnes
Qui te colunt, fideles
Amore proſequaris.
Hæc quandò ego videbam,
Quàm ſæpè ruminabam
Divina ſacroſancti
Pronunciata Vatis?
An ferreo ſit uſquam

Sit dura corde mater
Reperta, quæ tenellam
Obliviosa prolem,
Quam fudit has in auras,
Non curet, aut requirat?
Quin ſi reperta mater
Sit, immemor puſillæ
Quæ poßit eſſe prolis,
Quam fudit has in auras,
Tamen Jehova nunquam
Ero immemor Sionis:
Vt illa grata nunc eſt,
Sic grata poſt futura eſt:
Sic grata poſt futura eſt,
Vt illa grata nunc eſt.
Tui ſed hanc amoris
Imaginem marita
Referre quæ ſolebat,
Proleḿq; ſic tenellam
Curare quæ volebat,
Hinc prolis è tenellæ
Amplexibus, meiśq;

Sionias ad arces
Migravit, atq; turbæ
Curam mihi tenellæ
Abiens reliquit uni:
Sic, ut tamen ſupremo
JESU, tibi patrono
Curam ſimul ſuorum
Committeret ſupremam,
Potißimamq́; Patri
Mæſto mihi minorem.
Te namq́;, Chriſte JESU,
Et parvulos amare, Mar. 10.
Et orphanos fovere, Pſal. 68.
Et exſules tueri, Deut. 10.
Spe firmiore norat,
Nec ambigebat unquam,
O ergò, CHRISTE, matris
Adfectui benignæ
Qui comparas amorem,
Quo me meosq; & omnes
Amplecteris fideles:
Oſtende nunc amoris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Tui faces, & inſtar
Piæ parentis, immò
Supra piæ parentis
In filios amorem,
Amare me, meosq́;
Dignare; ſic, ut omnis
Grex diſcat hinc piorum.
Te parvulos amare,
Et orphanos fovere,
Et exules tueri.
Sic te benigne J E S U,
Et vindicem orphanorum,
Patremq́; parvulorum,
Cum parvulis colemus,
Cumq́; orphanis canemus.

O D E IX.

Ad conſpectum lucis matutinæ.

Chryſoſtom. c. 5. de orando Deum lib. 1.

Dic mihi, qua fronte ſolem intueberis, non prius adoraveris eum qui lumen illud dulcis-

ciſſimum oculis tuis mittit? Quo pacto frueris menſâ, niſi prius adoraveris eum, qui tibi tantum bonorum largitur ac ſuppeditat.

Prudentius Cathemer.

Te, pater optime, mane novo,
Solis & orbita cum media eſt,
Te quoq; luce ſub occiduâ
Sumere cum monet hora cibum;
Noſtra, Deus, canet harmonia.

Luceſcit! eja lecto
Surgamus excitati,
Gratesq; perbenignæ
Lucis Patri Jehovæ
Agamus: atq; cordis
Ex intimo receſſu
Dicamus; Immò pro ſe
Si quisq; dicat: Alme
Protector atq; Rector
Jehova, ſit perennis
Honos tibi decusq;
Tua benignitate
Me quod meosq; ſalvos,

Hac

Hac nocte præſtitiſti.
Hac nocte, noctibusq́;
Tot hactenus peractis,
Me quod meosq; ſalvos,
Jehova, præſtitiſti,
Sit laus, tibi decusq́;,
Honosq; ſempiternus.
Tu namq́; ni paternâ
Manus tuæ ſub umbrâ
Mihiq; ſarta tecta
Meisq; præbuiſſes,
Sævis rapina pridem
Satanibus fuiſſem.
O Rector alme, luce
Tu nos & hac ab omni
Periculo tuere,
Et gratiam paterno
Largire pro favore,
Dies ut inchoata
Sic tranſigatur à me,
Meisq́;, dirigamus
Vt cogitata noſtra,

Et dicta quæq; noſtra,
Et facta quæq; noſtra,
Laudem ad tuam, nec unquam
Tuæ ſtatuta legis
Divina tranſeamus.
Mens noſtra, lingua noſtra,
Pedes, manusq; noſtræ,
Et membra quæq; noſtra,
Laudem ad tuam creata,
Laudem ad tuam renata,
Tibi fac usq; ſoli
Servire concupiſcant.
Dieq; jam peracta
Grates tibi paternã
Pro rectione, & alma
Protectione ſolvant.

ODE X.

Grates veſpertinæ.

Ambroſius lib. 5. Hexaem. cap. 13.

Quis ſenſum hominis gerens, non erubeſcat ſine Pſalmorum celebritate diem claudere: cum

cum etiam minutiſſimæ aves ſolenni devo-
tione, & dulci carmine, ortus dierum & no-
ctium proſequantur.

ADveſperaſcit! Eia,
Grates tibi, Jehova,
Tibi, Jehova, grates,
Hac appetente luce,
Quas mane pollicebar,
Nunc appetente nocte
Die cano peractâ.
Has iſta nempe grates
Benignitas meretur,
Qua me, meosq; Luce
Hac, omnibusq; quotquot
Tranſegimus, paterne es
Huc usq; proſecutus.
Sed, ô, tuæ, Jehova
In me pares favori
Qui gratias ſonabo?
Majora præſtitiſti,
Meliora præbuiſti,
Potiora contuliſti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Et plura mî dediſti
Quam cogitare poßit
Mens noſtra, lingua noſtra
Quam prædicare poßit.
Nec tanta contuliſti
Solum mihi: ſed omne
Animæq; corporiq;
Quod obfuiſſe poſſet,
Hucusq; reppuliſti.
[illegible]c namq; luce paßim
Quot, quæſo, mole preßi
Gravißimâ malorum
Contabuere fletu?
Quâ me, Jehova, mole
Meosq; ſublevaſti.
[illegible] luce triſtiori
Quot palluere morbo?
Quam ſanus atq; ſalvus
Tegente te, peregi.
[illegible]c luce virulento
Quot Zoili impetiti
Exhorruere morſu:

Fama

Famæ periclitantis
Diſpendium timentes?
Quo me, Pater, meosq́ȝ
Periculo levaſti.
Quot hac fuere luce,
Jactura quos ſuorum
Peſſumdedit bonorum,
Damnum quibus vel unda
Vel ignis intulere?
Quo me meosq; damno,
Jehova, liberaſti.
Quot hac fuere luce
Quos durus exſulatum
Coëgit ire miles?
Vel impii latronis
Quos enſis interemit?
Quo me malo meosq́ȝ,
Jehova, liberaſti.
Quot hac fuere luce;
Fames ſitisq́ȝ, potum,
Cibumq́ȝ quæritare
Miſerandæ agone vocis

Quos juſsit oſtiatim?
Quot inſuper vel iſthac
Se veſperâ daturi
Stomacho latrante ſomno?
A me quod à meiſq́;
Malum procul fugaſti.
Nos namq; largiori
Potu & cibo refectos
Dulci, Pater, quiete
Tutaq́; das fruiſci.
Hæc, & inde quicquid
Mihi, Deus, meiſq́;
Mera benignitate
Hac luce præſtitiſti,
Quî prædicare poſsim
Dignè ſatiſq́;? grates
Quî debitas rependam?
Sit laus tibi perennis,
Decuſq; ſempiternum;
Sit omne honos in ævum.

Et de novo tenebræ
Cum noctis ingruentes
Opem tuæ requirant
Protectionis: Eja,
Et hanc mihi, Jehova,
Præſtare gratuito
Ne denega favore,
Hujuſce ſed diei
Patronus ut fuiſti,
Hujuſce ſic Patronus
Tutorq́; noctis eſto.
Et quandò nil merentur
Delicta noſtra, dextræ
Niſi tuæ flagella;
Remitte, quæſo, quicquid
Commiſimus! tuæq́;
Benignitatis umbra,
Noctis modo tenebris
Res ut teguntur omnes,
Noſtros tege, ô, reatus.
Sit denuo peracta
Jam nocte, pro paternâ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Protectione grates
Tibi novas capemus;
Et iſta gratiarum
Sic actio usq; & usq;
In circulum redibit,

FINIS.

ANA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ANACREON LATINV

IDEMq; CHRISTIANUS &c.

TERTIVS.

ODE I.

1. Pſalmus Davidis. VI. Pænitentia-
lium Primus.

Auguſtinus ſerm. 11. ad frat. in Eremo.

Pœnitentia illa digna & bona eſt, quæ peccata
peracta deplorat, ſic ut deplorata iteru
non committat. Quid igitur Pœnitenti
niſi anteacta deflere, & flenda iterum non
committere?

O lachryma mentem purgans, confeſſione
irrigans, animam ſanctificans. O felix
chryma, tu carnalem cogitationem exſti
guis, peccatorum morbum expellis, viri
culpæ evomis. O aqua ſalutaris, per qua
omne peccatum deſtruitur. O via, per qua
ad Paradyſum gradimur,

I

NEc me rigore juſti
Furoris ô, nocentem
Puni, Deus: nec in me
Severiore fulmen
Vibra manu trementem.
Quin ſupplicantis ægri
Miſerere, debiliq;
Et anxio medela
Succurre promptiori.
xx oßium cohæret
Compago. 4. Mentis ægræ
Vis fluctuat, metuq;
Turbata contremiſcit.
tu quousq; ſævus
Me negliges jacentem?
Quousq; ſic gementem
Me deſeres: trementem
Quousq; ſic relinques?
Revertere, ô Jehova,
Revertere, & propinquum
Neci intuere vultu
Pacatiore, & iſthanc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Animam periclitantem
Ne liberare ceſſa.
Tuæ benignitati
Debebo ſic ſalutem.
6. *In morte namq́; nemo*
Memor tui eſt. Sepulchri
Quis conditus tenebris
Te prædicabit? inter
Greges quis eſt ſilentum
Qui te Deus celebret?
7. *Sum feſſus, ab, gemendo,*
Suſpiriisq; crebris.
Et queſtibus fatiſco
Laſſus: cubile fletu
Lavo meum perenni:
Et imbre lachrymarum
Amariore ſtratum
Mei natat grabati.
8. *Caligat inde viſus,*
Hebent ocelli: & omnes
Emarcuêre vires,
Vt ruga jam ſenilis

Amabilem juventæ
Prædata ſit decorem.
Me parte ſic ab omni,
Et ponè, & antè preſſum
Hoſtilis urget ira.
9. *At tu procul maligna*
Faceſſe turba: diris
Nocere docta technis,
Et artibus doloſis.
Jehovæ namq; fletus
Audit meos; 10. Jehova
Audit meas querellas,
Et ſuſcipit precatus:
Nec ſupplicantis ægri
Lamenta mæſta temnit.
11. *Exemplar ergò probri*
Sint & pudoris hoſtes:
Infamiaq; turpi
Retrò fugam capeſſant:
Qui nemet immerentem
Sic usq; perſequuntur.

ODE II.

Pſalmus XXXII. Pænitentialium
Secundus.

Tertullian. libr. de Pænitent.

Cur ceſſas aggredi, quod ſcias mederi tibi
Mutæ quidem animæ, & irrationales, medi
cinas ſibi divinitus attributas in tempore
agnoſcunt. Cervus ſagittis transfixus, ut fe
rum, & irrevocabiles moras ejus de vulne
expellat, ſcit ſibi dictamno medendum. H
rundo ſi excæcaverit pullos, novit illos ocu
lare rurſus de ſuâ Chelidoniâ Peccator
ſtituendo ſibi inſtitutam Pœnitentiam ſc
ens præteribit illam?

1. *ILli benè & beatè*
Ter eſt quaterq́, cujus
Noxas Deus remiſit,
Peccata cujus ipſo
Favente ſunt Jehovâ
Sepulta, & in tenebras
Demerſa ſempiternas,

2. *Illi benè & beatè*
Ter eſt quaterq́, & ultra,
Errata cujus unâ

Deleta ſunt liturâ:
Sonti ut Dei ad tribunal
Non imputentur unquam.
Beatus eſt doloſæ
A mente cujus artes
Fraudesq; ſunt remotæ.
Celare namq; vulnus
Quando meum parabam:
Et pallio fovere
Silentii ſtudebam;
Ipſo oſſa præ dolore
Fletuq; luce totâ
Quo diffluo, ſuo ſunt
Vigore deſtituta.
Tua ſcilicet diesq;
Noctesq; dextra ſontem
Sic me gravabat ægrum,
Sic noxium premebat:
Ut humor atq; vires
Rei tacentis omnes,
Abſumerentur: æſtu
Ceu Sirii peruſta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Areſcit herba, roris
Non irrigata ſucco.
5. Ergò meos reatus
Vltrò tibi renudo,
Jehova, pœnitendo:
Nec amplius fovere
Meas iniquitates
Paro reus tacendo.
Quin, dico, memet ipſum
Contra ipſe ſtabo, & omne
Scelus, nefasq; pura
Confeßione prodam.
Sic dico: tu miſertus
Quam mox mei, Jehova,
Noxas remittis omnes.
6. Proinde curæ ſi quem
Tangit ſuæ ſalutis;
Is tempori ſuorum
Supplex remißionem
Te criminum rogabit.
Nec ſi qua vis aquarum
Vel totum inundet orbem,

Aquæ nocentis ullæ
Hunc obruent procellæ.
7. *Tu rebus es gementi*
In aſperis aſylum,
Tu ſartatecta, portus
Mihi periclitanti.
Tu liberas ab omni
Anguſtiâ; ſalutis
Te liberatus unum
Vt prædicem Patronum.
8. *Nec id ſat eſt: docebo*
Te (dicis) ipſe; greſſus
Quæ dirigas viarum.
Quin ipſe dux ocellis
Ero tibi viarum:
Pedumq́; Rex tuorum;
Modo ſequare Regem
Nec ſpreveris monentem.
9. *Ne more ſis caballi*
Præfractus, atq; muli;
Quos frena, quos lupatê
Ferrum feros coercet;

Vt orbitam ſequantur
Quâ cogit ire rector.
10. *Tormenta mille, mille*
Tunt impiis flagella.
Sed in Deo fideli
Spem corde qui locarunt,
Benignitas Jehovæ
Hos cingit & coronat.
11. *Lætamini bonorum*
Greges, io! ſed uno
Lætamini in Jehova.
Plauſuq́; geſtientis
Gaudere liberali:
Et jubilate, recti
Quotcunq; cordis eſtis.

ODE III.

1. Pſalmus XXXVIII. Pænitentialium Tertius.

Auguſtin. ſerm. 11. ad frat. in Eremo.

O felix lavacrum Pœnitentiæ, quod toties

valav

valet ad purgandum, quotiens purgatione indiget cor humanum. Hæc eſt, fratres mei, herba cœleſtis illius fullonis, quâ veſtes ſervorum ſuorum deturpatas à ſorde quotidiè purgat. Hoc eſt cœleſte nitrum, quod de rore divinæ gratiæ confectum abſtergit maculas peccatorum. Hoc eſt lixivium quo interioris hominis caput optimè abluitur.

NE, quæſo, me, Jehova,
Dum fervet ira, ſontem
Acerba ſub flagella
Juſto furore poſce.
En intimis ſagittæ
Hærent mihi medullis
Tuæ, gravis nocentem
Me dextra preſſat ægrum.
Ab Carnis hujus, imâ
Abusq; calce, ſummum
Ad verticem, cruentis
Contuſa maſſa plagis
Tabeſcit: ira ſic me
Minæq; perculerunt
Tuæ, Deus. Solutis

Compagibus tremiſcunt
Iſta oſſa, dum meorum
Tot criminum reatûs
Trepidâ revolvo mente.
5. Hoc namq́; vorticoſa
Ceu Syrtium vorago,
Caput nefanda inundant
Peccata, meq́;, ſaxi
Ingentis inſtar, ipſum
Premunt adusq; fundum.
6. Quæ vulnerum cicatrix
Jam ſana vîſa pridem,
Diro atq; Peſtilenti
Recruduit veneno,
Fœtetq́;. 7. Curvus ipſe,
Et cernuus, malorum
Sub mole tâm moleſtâ
Incedo; luce totâ
Dolens, gemensq́; mœſto
Afflictus erro vultu.
8. Exaruêre lumbi,
Expers nec ulla ſævo

Pars corporis dolore eſt.
Colliſus atq; fractus
Rugire, & ejulari
Præ cordis inquieto
Miſer tremore cogor.
Tibi, Jehova, ſoli,
Soli tibi, Jehova,
Mea vota lachrimæq;
Patent; nec æſtuantis
Suſpiria ægra mentis
Temet latere poſſunt.
Cor anxium pavore
Salitq; palpitatq;!
Mea imminuta virtus
Defecit usq; vires
Evanuêre: ocellos
Cœcæ occupant tenebræ.
Stat eminus ſodalis,
Amicus & propinquus,
Spectantq; fœditatem
Tot vulnerum: ſed ægro
Mihiq; vulnerato,

Opem tuliſſe nemo
Feſtinat, aut propinquus,
Amicus, aut ſodalis.
13. *At hoſtis impedire*
Me retibus doloſis,
Et machinis pudendis,
Calumniis nefandis,
Fraudumq; mille technis,
Vbiq; & usq; noctes
Dies[q;] quærit: ut me
Peſſumdet impeditum,
Peſſumdatum trucidet.
14. *At ipſe preſſus, iſtas*
15. *Surdusq; muſsitare,*
Mutusq; devorare,
Injurias tacendo,
Moleſtias ferendo,
Adnitor: inſtar uſu
Linguæ carentis: ac ſi
Hoſtis redarguiſſe
Objecta nulla poſsim.
16. *In te ſalutis omnem,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Jehova, ſpem locavi:
Cauſæ meæ ſupremum
Te vindicem paravi.
Tu lachrymas gementis,
Et vota ſupplicantis,
Vocemq́ deprecantis,
Et ſpeculam trementis
Non reſpues clientis.
7. *Ne, quæſo, riſus hoſti*
Permitte, ſim ſuperbo;
Ne, ſi mei vacillent
Pedes, triumphet ille:
Ne, ſi labar, cachinnet.
8. *Ah victima hinc ab ortu*
Sum deſtinata primo
Vibicibus ferendis.
Sum natus ad flagella:
Et ſemper ante ocellos
Hujuſce dira ſortis
Imago oberrat iſtos.
6. *Meum quod, hei, meretur*
Scelus. Nec erubeſco

Peccaſſe

Peccaſſe confiteri.
Quin criminum meorum
In corde pœnitenti,
Profeſſor, atq; teſtis,
Cenſorq́; ſum vel ipſe.

20. Sed interim invaleſcunt
Hoſtes; maliq́; vires
Sumunt, vigentq;: qui me
Injuriâ immerentem
Impunè perſequuntur.

21. Bonum malo rependunt,
Et me, quod æqua ſector,
Abominantur unum.

22. Ne me ergò, ne relinque,
Jehova, ne recede
Hinc longius: propinquam
Præſta anxio ſalutem.

23. Accurre, ne moreris:
Opem citus fer: autor
O une mî ſalutis.
Immò ſalus mihi ipſa,
Accurre, Ne moreris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ODE IV.

Pſalmus LI. Pœnitentialium Quartus.

Ambroſius de lat. 2.

¶ Pœnitentia eſt verus dolor cordis, & amaritudo animæ, pro malis, quæ quisq; commiſit, vel quibus conſenſit.

Idem lib. 1. de pœnit.

Agenda eſt pœnitentia non ſolum ſollicitè, ſed & maturè.

Idem.

Quando tunc vis agere pœnitentiam, quandò peccare jam non potes; peccata te demiſerunt, non tu illa.

O Supplicis Jehova
Miſerere pro paternâ
Benignitate: & omnes
Rei trementis una
Clemens iniquitates
Obliterâ liturâ.
Me ſordidum pudendo
Tot criminum reatu,

O, me

O, me expia lavando:
Hoc purius recocto
Cor ut niteſcat auro.

5. Nam conſcius fateri
Meaſmet ipſe culpas
Quid abnuam? trementem
Mihi ante quando vultum
Imago dura fraudum
Oberret, & pavore
Noctes gravi diesq;
Me turbet inquietum.

6. Tibi, Jehova, ſoli
Peccavimus; Jehova,
Tuosmet ante ocellos
Patravimus nefanda.
Quorum minuta ſeu ſint,
Seu magna ſint, ſeverus
Tu teſtis, actor, index;
Tu cenſor atq; vindex
Severus es: quis ergò
Auſit negare, quæ te
Norit notaſſe, & iſthæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Punire facta ſi tu
Velis, quis auſit in jus
Vocare punientem.
Impunis? Ah, ab ipſe
Huc usq; crimen ortu,
Fibris inhæſit imis,
Et intimis medullis
Mihi reo: Venenum
Sic ſemine è parentum
Conceptione primâ
Iniquitatis hauſi
Miſer! meæq; veni
De ventre matris haſce
Non innocens in auras.
Sed tu, Pater, peroſus
Iniqua quæq;, gaudes
Synceritate cordis,
Et puritate mentis,
Et veritate vocis.
Tu ſimplici, rudiq;
Arcanæ mî latentis
Scientiæ recludis:

Et, in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Et, inter has tenebras
Myſterium ſalutis
Aperire non recuſas.
9. *O ergò ſperſione*
Hyſſopinâ inquinatum
Me, Rector alme, luſtra;
Sacræq; rore lymphæ
Lava ſalubriori:
Mox inde, quicquid usquam
Eſt ſordium recedet;
Et pectus hoc, vel ipſum
Primæ nivis nitorem,
Suo nitore vincet.
10. *Pro triſtiore legis*
Horrore, lætiori
Me nuncio viciſſim
Fac recrees; & oſſa,
Tuæ furore dextræ
Quæ comminuta pridem
Jam ſunt, tripudiabant:
Novusq; reſtitutos
Vigor reviſet artus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

11. *Averte, quæſo, vultum*
A ſordibus minacem
Meis: & omne mitis
Scelus nefasq; dele.
12. *Mundum mihi refinge*
Cor, inq; cordis aulâ
Rectum, novumq; munda
Mi ſpiritum redona.
13. *Ne luce me ſerena*
Vultus tui miſellum
Multa; tui nec unquam
Me ſpiritus beata
Poſſeſſione priva.
14. *Lætam mihi ſalutis*
Repone ſpem gementi!
Firmaq; principali
Me ſpiritu trementem.
15. *Sic ſemitas profanos*
Tuas docebo: turba,
Quæ deviare legum
Ab orbita tuarum
Priùs ſolebat, ad te

Docto-

Doctore me redibit.
16. At, tu Deus, ſalutis
Deus meæ; cruento
Cædis mihi obligatum
Caput expia reatu.
Te debitis ut unum
Præconiis ubiq;
Alacrior celebrem.
17. Tu tardiora pande
Mihi labella! bleſæ
Tu ſolva frena linguæ,
Et impeditioris
Repagulum loquelæ!
Vt quicquid organorum
Vocis moratur uſum,
Laxetur. Vniverſas
Sic te per orbis oras
Præco fidelis, usq;
Efferre prædicando
Hoc nitar ore, laudes
Quod ad tuas creatum eſt,
Quod ad tuas ſolutum eſt.

Si poſſet hoſtiarum
Dignè tibi litari
Deus, cruore; dudum
Jam ſanguis hoſtiarum
Cruorq; victimarum
Tuas rigaſſet aras.
Sed hoc, Pater, cruentum
Scio improbas litamen;
Nec ſi vel unus omnes
In victimas bidentes
Bovesq; ſtrangularem,
Placare te valerem:
9\. *At criminis peroſum*
Cor, ſpiritus puſillus,
Contrita pœnitendo
Mens ægra, vota cordis
Suſpirioſa fracti,
Sunt victimæ, Jehovæ,
Quibus tibi litatur.
Hæc offero, nec unquam
Fero offerens repulſam.
11\. *Quod eſt ſuper, patronus*

Tutorq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Tutorq; mœniorum
Sis, ô, Sioniorum!
Tu tu architectus ipſe
Manum admove ruinis.
21. *Tunc exta victimarum,*
Et ſanguis hoſtiarum,
Tibi, Pater, placebunt.
Tunc bubulus calentem
Cruor rigabit aram.

ODE V.

1. Pſalmus CII. Pœnitentialium Quintus.

Cyprianus ſerm. de Orat. Domin.

Ne quis ſibi quaſi innocens placeat, & ſe ext
lendo plus pereat, meminiſſe debemus, n
peccare quotidie, ut quotidie pro pecca
oremus.

Idem: Serm. de Eleemoſyn.

Nemo ſibi blandiatur de puro & immacula
corde, ut innocentia ſua fretus medicina
non putet eſſe adhibendam vulneri
cum ſcriptum ſit: Quis gloriabitur caſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ſe habere cor: aut quis gloriabitur mundum
ſe eſſe à peccatis?

O Deprecantis audi,
Jehova, vota; clamor
Meus tuas ad aures
Pertingat; ad cor ipſum
Pertingat audientis.
Ne dulce, quæſo, vultus
Jubar tui, gementis
A cladibus clientis
Averte. Quandocunq;
Tuos anhelo vultus
Adverte promptus aures;
Quacunq; luce, nocte
Quacunq; te precabor,
Opem periclitanti
Fer expeditiorem.
Dies mei vaporis
Ad inſtar, in fugaces,
Euris fugaciores,
Evanuêre fumos
Leves ut in favillas

Adeſus igne torris
Abſumitur: meorum
Vis oßium, vigorq;
Eſtrice ſic dolorum
Conſumtus aret æſtu,
5. *Vt pœnis æger omnem*
Faſtidiam appetitum.
6. *Præ lachrymis, in iſthoc*
Suſpiriorum agone,
Singultuumq; luctâ
Vix oßibus gementi
Cutis mihi cohæret.
7. *Pelecanus ut pererrat*
Deſerta teſqua, diri
Bubo canoris auctor,
Per urbium ruinas,
Et ſola tecta, qualis
Vagatur, ipſe fletu
Tabeſco ſolus, inter
Clades tot & ruinas.
8. *Viduus velut maritam*
Turtur gemens ademtam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Latè propinqua triſti
Loca occupat querellâ:
Exſomnis ejulando
Noctes traho diesq;
Sic me cohors in horas
Petulanter improborum
Subſannat immerentem:
Nefarioq; per me
Jurat furenter auſu.
Pro pane pulvis ater
Cinisq; ſunt, jacenti
In pulvere, eſculenta
Pro portione potûs
Sunt lachrymæ bibenti.
Hæc ſcilicet tuarum
Effecta ſunt minarum,
Iræq; ſigna; qui me
Sublimius levatum
Ab altiore peſſum
Faſtigio dediſti.
Vt umbra transvolatum
Dies mei. Refecta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vt ſolis aret æſtu
Pratenſis herba: Sic flos
Mei occidit vigoris.
13. *At tu, Jehova, ſemper*
Idem manes, tuumq́;
Nomen, decusq́; longa
In ſecla ſeculorum,
Omnemq́; poſterorum
Peremnat ævitatem.
14. *O ergò ſurge tandem,*
Et intuere vultu
Pacatiore tecta
Sionis: ipſa ſic res,
Ipſi dies, & ipſa
Sic poſcit hora: Surge.
15. *Quanto, viden'? ruinas*
Urbis dolore ſervi
Spectent tui! cadaver
Hoc triſte quàm Sionis
Gemant, & obſecrando
Pro reſtitutione
Solymes tuæ laborent?

16, 31

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

26. Sic arduum JEHOVÆ
Gentes ubiq; nomen
Timore proſequentur:
Sic ipſa corda Regum
Submiſsiore vultu,
Devotiore cultu,
Nomen colent Jehovæ.
27. Quando Sionis unus
Reparaſſe tu ruinas
Diceris, & decoris
Tui dediſſe cunctis
Opes palam videndas.
28. Quando gementis ægri
Non reſpuiſſe dura,
Sed audiiſſe prona
Diceris aure vota.
29. Scribantur hæc; fideles
O impleant tabellas,
Hæc geſta; gens nepotum:
Et ſera poſterorum
Ut hiſce turba factis
Doctoribus, Jebovæ

Stupenda diſcat acta:
Et hiſce docta ſuſtis
Efferre prædicando
Laudes velint Jehovæ.
20. Ex arce namq; cœli
Proſpexit altiori,
Et è ſui prealtæ
Sacrarii cathedra,
Dignatur intueri,
21. Terras Deus: gementum
In vinculis precatûs
Vt audiat, neciq;
Hos eximat propinquæ.
22. Sic nomen ut Jehovæ
Sioniam per ædem,
Paſſimq; laus Jehovæ
Solymen per univerſam
Vno canantur ore.
23. Quandò frequentiores
Hinc indè nationes,
Regesq; nationum
Convenerint in unum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vt ſerviant Jehovæ.
24. Sed interim atteruntur
Vires meæ; breviſq;
Ævi dies in ipſo
Vigore contrahuntur.
25. Proindè, dico, vitæ
Ne fila rumpe in ipſo
Mihi, Jehova, curſus.
Anni tui carentes
Exordio, carebunt
Et fine: tu polorum
Tot ambitus, ſoliq;
Plagas, ſaliq; abyſſos
Manu tua creaſti.
Queis terminus ruinæ
Jam fixus eſt: ſed usq;
Tu permanet. Seneſcet
Hoc omne, veſtis inſtar
Detritioris ævo.
Tu ſemper unus idem
Es atq; eris, nec unquam
Mutaris aut ſeneſcis.

 29. Quin

29. *Quin & tui manebunt*
Servi ; ac ſimul tuorum
Propago ſervulorum
Ævum per omne tecum
Manebit & vigebit.

ODE V.

Pſalmus CXXX. Pœnitentialium Sextus.

Lactantius Epit. div. Inſtitut. cap. 9.

Magnum eſt pœnitentiæ auxilium, magnum ſolatium. Illa eſt vulnerum peccatorum ſanatio: illa ſpes, illa portus ſalutis: qu qui tollit viam vitæ ſibi amputat: quia n mo eſſe tàm juſtus poteſt, ut nunquam ſit pœnitentia neceſſaria.

Sedulius.

--- Cedunt lachrymis delicta profuſis,
Et dulcem veniam fletus generaſtis amari.

1. *EX intimo profundæ*
Voraginis barathro

Adte, Jehova, voce
Intentiore clamo.
Tu ſupplicantis ægri
Attentiore, quæſo,
Bibe aure verba, triſtes:
Nec reſpue, ô, querellas.
Si namq; tu ſtatera
Exactiore noſtra
Examinare facta
Velis, quis auſit adte
Sontem levare frontem,
Quis ſuſtinere ſtricti
Juris queat rigorem?
Sed lenitas probata
Tuæ benignitatis
Indebita eſt; parentem
Timore filiali
Ut jure te colamus.
Hinc te, Jehova, certa
Exſpecto ſpe, meum cor
Exſpectat: inq; verbo
Tuo ſalutis omnem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Fiduciam reponit.
6. *Non languidus moleſtæ:*
Momenta cuncta noctis
Notans vigil, morantem
Sic ſolis optat ortum:
Non ſic moratur, inquam,
Solis jubar propinquum
Vigil, peroſus umbras,
Silentiumq; noctis:
Quàm noſtra mens Jehovam
Deſiderat morantem.
7. *Iſraëlis, ô, nepotes,*
Et quotquot eſtis, horum
Veſtigia æmulari
Qui ſpe fideq; firmæ
Conamini, fideles:
In hoc locate ſolo
Et unico ſalutis
Fidemq; ſpemq; veſtræ:
Non pœnitebit unquam,
Non pœnitebit inquam.
Nam fons ab hoc perennis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Manat benignitatis:
Et certa ſpes ab ipſo
Manat redemtionis.
Iſraêlis is nepotes
A noxio reatu,
Et omnibus pericliis
Moleſtiisq́; cunctis
Medendo liberabit.

ODE VII.

Pſalmus CXLIII. Pœnitentialium Septimus.

Hilarius canon 2. in Matth.

ir pœnitentiam eſt reditus ab errore, & recurſus à crimine, & poſt vitiorum pudorem profeſſio deſinendi.

Idem ſupur Pſal. 118.

c pœnitentia vox eſt; lachrymis orare, lachrymis ingemiſcere. Hæc venia peccati eſt, fonte fletuum flere, & largo lachrymarum imbre madefieri.

Fulgent. ad Venant.

Qualecunq; ſit peccatum, â Deo poteſt remitti

converſo.

1\. P*Ater ſupreme, votis*
Fave meis, nec aure
Preces ſeveriore,
Quas fundo, ſperne, priſcâ
Pro veritate, & iſtâ
Qua notus æquitate es.

2\. *Nec acriore ſtricti*
Juris bilance ſontis
Expende facta ſervi;
Cum nemo poßit ante
Tuum tribunal, omni
Se liberum reatu
Juſtumve prædicare.

3\. *En, me ferus miſellum*
Ut perſequatur hoſtis!
Ut me ſolo ſubactum
Proculcet; ut tenebris
Merſum premat, ſepulchri
Velut cadaver antro

Obſcuro

Obſcuriore merſum.
Mærore mens edaci
Hinc angitur; cor intra
Gravi dolore pectus
Tremitq; palpitatq;.
Proinde ſeculorum
Priſcam revolvo mecum
Imaginem: tuæq;
Stupenda facta dextræ
Non prædicare ceſſo.
His recreor, manusq;
Ad te levo ſupinas,
Jehova; te requirit
Anhela mens, & unum
Sitit; peruſta Solis
Æſtu velut rigari
Requirit imbre tellus.
Velociter precatus
Admitte ſupplicantis,
Vix ſpiritum trahentis;
Nec, ô, recende vultus
Jubar tui, propinquæ

Ne præda mortis inſtar
Sim deviantis atras
Rectâ in domos ſilentum.
8. Fac manè me favoris
Et gratiæ experiri
Lumen tuæ: recumbit
Te namq; ſpes in uno
Salusq; noſtra. Rectum
Me prævius viarum
Iter doce tuarum,
Ne quâ pedes aberrent.
9. Ab hoſte me cruento,
Protector alme, ſerva:
Qui portus es, ſacrumq;
Periclitanti aſylum.
10. Me legibus vacare
Doce tuis: Voluntas
Tua una, fac, meorum
Sit usq; norma morum.
Tuus ſacer bonusq;
Me Spiritus gubernet
Per plana ne vacillem.

1\. *Vivum mihi vigorem*
Novasq; ſubde vires,
Vt recreer! celebre
Sic nomen univerſas
Erit tuum per oras.
Et laus tuæ per orbem
Canetur æquitatis;
Si me gravi benignus
Ex hocce liberabis
Ergaſtulo dolorum
Lernâq; tot malorum.
2\. *Quin, & tui favoris*
Pro gratia, furentes
Exſcinde prorſus hoſtes
Exſcinde prorſus, inquam,
Quotquot gementis ungunt
Animam mei; tuumq;
O, me tuere ſervum.

ODE

ODE VIII.

AD JEHOVAM.

Pro remiſſione peccatorum, & mitigatione pænarum.

Tertull. de Trinit.

Quod iraſcitur Deus, non ex vitio ejus venit: ſed ad remedium noſtri illud fecit. Indulgens enim eſt & tunc, cum minatur: dum per hæc homines ad recta revocantur. Nam quibus ad honeſtam vitam deeſt ratio; metus eſt neceſſarius, ut qui rationem reliquerunt, vel terrore moveantur.

Idem adverſ. Macon. lib. 2.

Horremus terribiles minas Creatoris, & vix à malo avellimur. Quid ſi nihil minaretur?

Idem de Patientia.

O ſervum illum beatum, cujus emendationi Dominus inſtat; cui dignatur iraſci, quem admonendi diſſimulatione non decipit.

Quando

QVando tuis nocentes
Nos corripis flagellis,
Dicam tibi, JEHOVA
Quis ſcripſerit? quis auſit
Expoſtulare tecum?
Quin, ſi tui vel omnem
Effundere in nocentes
Velis furoris undam,
Dicam tibi, Jehova,
Quis ſcripſerit? quis auſit
Expoſtulare tecum?
Numne fracta plaſten
In jus vocabit olla?
Suone jure, litem
Figulo lutum movebit?
Nos vilis olla, maſſa
Luti ſumus, tuæq;
Jehova, plaſma dextræ:
An ergò fas ſit ulli
Expoſtulare tecum?
Tu juſtus, immò juris
Et ipſa norma recti!

Nos impii pudendo
Confundimur reatu.
Nihilq́; præter iram,
Pænasq́; mille, & iſthæc
Quæ nos premunt nocentes
Flagella, promeremur.
An ergò fas ſit ulli
Expoſtulare tecum?
At morte qui nocentis
Nunquam, Jehova, gaudes:
Sed ſeriâ dolentis
Converſione gaudes:
Reoq́; pœnitenti
Mera benignitate
Noxas remittis omnes:
Pænasq́; quas merebat
Graviſſimas, paterno
Sic mitigas favore;
Non prorſus ut trucident,
Et obruant nocentem,
Sed corrigant gementem.
Te per tui cruorem

Triſtis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Triſtiſſimamq́; nati
Necem, Pater precamur;
Et ſerio precamur,
Cum lachrymis; remitte
Noxas benignus omnes.
Pœnasq́; quas meremur
Graviſſimas, paterno
Sic tempera favore,
Non prorſus ut trucident,
Nec obruant merentem,
Sed corrigant gementem.
Sic pœna parva, nati
Pro grandiore noxâ
Bono ſat eſt parenti;
Si frugis ulla ſit ſpes.

ODE IX.

VINCULA CHRISTI.

Gregorius.

Ligatus es ut ſolveres,
Mundi ruentis complices, &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Bernhardus.

Conſidera anima mea, & vide quomodo propter te Dominus noſter Jeſus Chriſtus, propter totum genus humanum captus miſerè. Tu capi debebas, tu vinciendus eras, tuo collo adſtringendus erat funis; tuæ manus ligari debebant, quoniam tu peccaſti, tu Deum offendiſti, tu omnis hujus amaritudinis cauſa es; non ille innocentiſſimus CHRISTUS.

Has ſi manus catena,
Et hos pedes cataſta
Liget, quid eſt? profectò
Nihil eſt, profectò nil eſt:
Poteſt catena ſolvi,
Poteſt cataſta demi.
Poſſuntq; vincla ſolvi,
Et compedes recidi.
Sed corda noſtra cæca
Sunt compedita nocte;
Et noſtra mens profundâ
Caligine involuta.

Hæc, ô benigne JESU,
Quis vincla, quis catenas,
Solvet? quis impeditum
Me liberabit orbis?
Te te absq; ? Nemo certè
Cœlo, ſoloq; nemo:
Te CHRISTE, *præter unum*
Et unicum catenas
Scit amovere noſtras.
Tu namq; viva ſummi
Proles Patris Jehovæ,
Pro ſonte me reoq;
Manus tibi innocentes
Perpeſſus es ligari.
Ut indè vincla noſtræ
Dares ſoluta mentis,
Obſcuriore noctis
Caligine impeditæ.
[illegible] *ergo noſtra,* JESU,
Reſcinde vincla: nexus
Nodosq; Gordianos
Cæci reſolve cordis:

Vt liberâ canamus
Te mente, tàm benigna
Pro liberatione.
Nec organa expedita
Mentis ſinamus ultra
Caligine impediri.

ODE X.

Pro SERENITATE.

Ad imitationem Anacreontis, Odario quod inſcribitur:

Εἰς τὸ δεῖν πίνειν.

Cum, Junio, Julio, & Auguſto menſibus Anni 1607. tempeſtas pluvia per ſeptimanas aliquot continuaretur.

Tertullian. lib. ad Scapulam.

Tonitrua, deliquium Solis, Ignes, Imbres, (imi ſoliti) omnia hæc ſigna ſunt imminentis iræ Dei, quam neceſſe eſt, quoquo modo poſſumus, ut & annunciemus, & prædicemus; & DEPRECEMUR,

Eraſmus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Eraſmus Roterod.

Mortales quoniam nolunt ſua crimina flere;
Cœlum pro nobis ſolvitur in lachrymas.

Ugentq; flentq́; nubes,
Sol atq; Luna lugent,
Et ipſa rura lugent,
Elementa cuncta plangunt;
Quis ergò flere me, quis
Lugere me vetabit?
Nec protinus vel ipſe
Volet dolere mecum?
Et imbre lachrymarum
Salſo rigare vultus?
Hinc namq; rura lugent,
Hinc Luna, Solq́; lugent,
Elementa cuncta plangunt,
Nubesq; lachrymantur:
Hinc imbrium liquores
Noctes diesq́; cælo
Largè ruunt profuſi;
Homo quod ire fletum
Nefas ſuum recuſat:

Et pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Et pro malis tot auſis
Semel nec ingemiſcit,
Ut ergò flere ceſſent
Nubes; ut aſtra ceſſent
Lugere; ut arva ceſſent
Plorare, noſtra homilli
Delicta pœnitendo,
Salſumq́ꝫ lachrymando,
Deoq́ꝫ ſupplicando,
Vitamq́ꝫ corrigendo,
Luamus: ut ſupremus
Tandem ſerenitatem
Cœlo Pater redonet.
Dicamus! ô Jehova
Rex ſumme, confitemur
Miſella turba, nævis
Erroribusq́ꝫ noſtris,
Et noxio reatu,
Tot imbrium liquores,
Tot absq́ꝫ Sole luces,
Tot absq́ꝫ luce Soles,
Et quicquid eſt malorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quæ nos gravant, meremur:
Hac nempe norma legis Deut. 28
Tuæ minatur omni
Morem minus gerenti.
Sed, ô Deus paterna
Qui gratia remittis
Peccata pœnitenti,
Et ſerio dolenti,
Vitamq; corrigenti:
Te ſupplices precamur,
Noſtri miſertus, imbres,
Compeſce, pelle nubes,
Et diſsipa vapores.
Fac puriore cœlum
Nitore purpuraſcat;
Sereniore vultu
Fac Cynthius niteſcat,
Percocta ſic calore
Seges per arva Solis
Flaveſcet, & coloni
Opimiore fructu
Mox horreo inferetur.

Sic

Sic te, Pater, per arva
Canemus, & per urbes,
Sic, quandocunq; donis
Fruemur hiſce, grates
Studebimus datori,
Ut debitas agamus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

TURMARUM SACRARUM POSTERIOR

ſive

ANACREON LATINUS IDEMq́ CHRISTIANUS &c.

QVARTUS.

ODE I.

Pſalmus Davidis ſecundus.

Ad hoſtes Eccleſiæ.

Cyprianus Epiſtol. 5. libr. 4.

Naſcuntur adverſarii, & minantur, ſed eſt qui poſſit de eorum manibus liberari. Ille metuendus eſt, cujus jram nemo poterit evadere.

Idem Tractat. 1. contr. Demet.

Nunquam impiorum ſcelere in Chriſtianorum

nomen exſurgitur; ut non ſtatim divini
tus vindicta comitetur.

Hieron. lib. 2. Apol. adv. Ruff.

Benè; quod malicia non habet tantas vi
quantos comitatus: perierat innocentia
ſemper nequitiæ juncta eſſet potentia.

1. *QVid inſolentiori*
Gentes fremunt tumultu?
Quid impotentiori
Sævit furore vulgus?

2. *Reges quid, & Tyranni*
Spirant minas: quid omnem
Vim conſili optimatus
Contra inſimul Jehovam
Et Filium Jehovæ
Conferre moliuntur?

3. *Quin inquiunt rebelles,*
Horum quibus ligamur
Diſrumpimus catenas?
Jugumq; quo gravamur
Peſſundamus feroces?

4. *At qui colit beatas*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cæli, Jehova, ſedes
Riſu tumultuantes,
Ludibrio frementes,
Sannaq́ ſævientes
Hos excipit tyrannos.
Juſtiſsimaq́ tandem
Accenſus ultor irâ,
Affabitur tumentes.
Et fervido furoris
Zelo ſui minaces
Turbabit. 6. Ipſe verò
Regem meum Sionis
In monte, ſanctitatis
Meæ cathedra inunctum
Jehova inauguravi.
Quin &, Dei, fidelis
Profeſſor, ore ſancto
Sic memet allocuti
Decreta publicabo:
Tu Filius parenti,
Mihi es tuo coævus!
HODIE *ante ſeculorum*

Te, Nate, ſecula ex me
Genui Pater: 8. Tibiq;
Omnes ubiq; gentes,
Me dante, erunt petenti
Hereditas: ſimulq;
Fines ſoli univerſos
Poſſeſſor obtinebis.
9. Hos ferreo feroces
Franges, premesq;, ſceptro:
Velutq; vaſa limo
Formata diſſipabis.
10. Sapiatis ergò Reges,
Et vos, ab alitori
Qui ſede jura plebi
Datis rudi, erudiri
Vos ipſi & admoneri
Aſſueſcite. 11. & Jehovæ
Servite cum timore,
Gaudete cum tremore.
12. Quin Filium Jehovæ,
Quod ſubditos fideles
Decet, ſüaviari

Certate, & oſculari.
Ne forte juſtus ira
Accenſus ultor, ipſa
Vos in viâ trucidet:
Cum ſæviore vindex
Exarſerit furore
Quam mox! ter ô beati
Quaterq; , quotquot omnem
In hoc ſalutis uno
Spem firmiter locarunt.

ODE II.

Pſalmus XXV. DAVIDIS.
Oratio Pænitentis.

Cyprianus Epiſtol. 7. libr. 4.

Mittamus legatos pro noſtris doloribus lachrymas. Advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus; dolorem probantes commiſſi criminis & pudorem.

A D te, Creator orbis,
Animam miſer levavi.
In te ſalutis omnem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Jehova, ſpem locavi:
Tu me tuere, ne ſit
Mihi iſta ſpes rubori;
Neu riſui ſuperbo
Sim derelictus hoſti.
3. *Nam quisquis eſt tibi uni*
Fideq; Speq; firma
Confiſus; ille nunquam
Confuſus eſt pudore,
Sed quotquot exſecrandis
Se ſordibus, relicto
Te, polluunt, bonosq́;
Vexant, & innocentes,
Pudore torqueantur;
Infamiâ obruantur.
4. *Iter mihi ſalebras*
Tot inter & tenebras,
Pater ſupreme, rectum
Oſtende; ſemitasq́;
5. *Monſtra tuas: & ipſe*
Me ductor atq; doctor
Per piana Veritatis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ne devius vacillem
Duc & reduc, patrono
Te namq; ſpes ab uno
Pendet meæ ſalutis.
O priſtinæ memento
Benignitatis, atq;
Clementiæ paternæ,
Abusq; ſeculorum
Exordio recenti,
Quam ſæpius probatam
Te novimus dediſſe.
Nec juſtiore, quæſo,
Expende lance noxas,
Sordesq;, queis juventa
Coinquinata noſtra eſt.
Sed patrio maneto
Memor favore noſtri:
Pro lenitate, qua nos
Amplecteris gementes.
Eſt rectus atq; mitis
Deus, proinde rectum
Iter docet, ſalutis

Ab orbita evagantes.
9. *Is dirigit modeſtos*
Humilesq́; per viarum
Compendioſa, vitæ
Ad limites beatæ.
10. *Omnes viæ Jehovæ*
Mera benignitate,
Et veritate plenæ
Sunt his, ſacri ſtatuta
Qui fœderis fideli
Amore proſequuntur.
11. *Ergò, tuum per oras*
Ut nomen univerſas
Toto canatur orbe,
Remitte noſtra largus
Peccata, multa namq́;
Sunt atq́; magna, pectus
Quæ ſupplicantis angunt.
12. *Beatus eſt, Jehovæ*
Quicunq́; mente numen
Purâ veretur! ille
Vel qualecunq́; vitæ

Sectetur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sectetur inſtitutum
Ducem, Deum, & magiſtrum
Habebit, atq; vitæ
Leges ab hoc honeſtæ
Docebitur magiſtro.
13. *Mens ejus affluenter*
Omni bono fruetur:
Et ſemen ejus orbis
Heres tenebit oras.
14. *Quin & piis Jehova*
Secretiora pandet
Myſteria, & ſacrati
Hos fœderis, beatæ
Quod viva norma vitæ eſt,
Scientiam docebit.
15. *Ad te proinde ocellos*
Vultu levo irretorto,
Pater ſupreme, ſolum
Te quæro, te requiro.
Tu dexterâ potenti
Pedes meos doloſis
E retibus, cruento

Ne præda factus hoſti,
Peſſunder, eruiſti:
Et erues deinceps.
16. *O luce me ſerenâ*
Tui intuere vultus:
Tuæq́ destitutum
Ab omnibus, tuere
Protectione dextræ.
17. *Pectus meum dolores*
Curæq; mille formes
Anguntq́; lancinantq;
Ni tu, Deus, gementis
Hoc eruas ab omni
Angore pectus, actum eſt.
18. *Vide meos labores,*
Anguſtiasq́;, & omnem
Reo remitte noxam.
19. *Expende factionis*
Vim peſſimæ, dolosq;
Tot hoſtium, nefando,
Nil tale me merentem,
Qui perſequuntur auſu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

10. *Sed tu meam tuere,*
Tutor ſupreme, vitam:
Et libera cruentâ
De fauce perſequentum
Me, ſumme liberator.
Ne ſpretus erubeſcam,
In te ſalutis uno,
Qui ſpem meæ locavi.
11. *Me rectitudo ſimplex,*
Integritasq́; ſervent,
Pater benigne, qui te
Exſpecto ſpe fideli.
12. *Ex omnibus, Jehova,*
Gentem tuam periclis
Ne liberare ceſſa.

O D E III.

AD JESUM CHRISTUM.

Feſto palmarum. Matth. 21.

HOSANNA.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Theodulphus Aurelianenſis.

Gloria, laus, & honor, tibi ſi Rex Chriſte re-
demtor:
Cui puerile decus promſit Oſanna pium.
Iſrael tu Rex, Davidis & inclyta proles.
Nomine qui in Domini, rex benedicte venis.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia venit:
Cum prece, voto, hymnis adſumus, ecce, tibi.
Hi placuere tibi, placeat devotio noſtra,
Rex pie, rex clemens, cui bona cuncta pla-
cent.

QVis Bethphage tumultu
Frequentiore plauſus,
Ovantium inſtar, omne
Cœlum replet? quis iſte
Et hinc & inde magnā
Satellitum in corona
Tergum premens aſellæ,
Pompâ inſolentiori
Succedit hoſpes urbi:
Cui veſtis atq; palma
Solemniore ritu
Proſternitur? quid omnes

HOSAN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

HOSANNA, HOSANNA, voce
Intentiore clamant ?
Cui fauſta quiq; Regi
Vitamq; comprecatur ?
Eſtn ille Rex Sionis ? Zach. 9.
Proles Abræ parentis ? Gen. 12.
Magni nepos Davidis ? 2. Sam. 7.
Spes unica Iſraëlis ? Jer. 17.
Promiſſus ille Siloh eſt ? Gen. 49.
Quem prædicant Prophetæ ?
Canuntq; Patriarchæ ?
Quem flagitant Ebræi ?
Is ipſe, is eſt profectò
Profectò is eſt, is ipſe,
Quem flagitant Ebræi,
Canuntq; Patriarchæ,
Quem prædicant Prophetæ,
Promiſſus ille Siloh,
Spes unica Iſraëlis,
Magni nepos Davidis,
Proles Abræ Parentis,
Magnusq; Rex Sionis.

Is nunc,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Is nunc, & hinc & indè
Satellitum in coronâ
Tergum premens aſellæ
Pompâ inſolentiori
Succedit hoſpes urbi.
Huic veſtis atq; palma
Solenniore ritu
Viam coronat: illi
Omnes HOSANNA voce
Intentiore cantant:
Huic fauſta quisq; Regi
Vitamq; comprecamur.
Quid ergo & ipſe ceſſo
Huic obviare Regi?
Quid ergò & ipſe Regi
Huic ſupplicare ceſſo?
Ibo, ibo nec morabor!
Graduq; concitato
Ibo usq;, & ire pergam!
Sed illud, ibo, pergam,
Tardum, nimisq; ſerum eſt:
Jam nunc eo atq; pergo,

Eo atq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Eo atq; pergo jam nunc
Huîc obviare Regi
Huîc ſupplicare Regi;
Mora eſt periculoſa.
Quin obſoletiores,
Et inquinatiores
Has ex ſuo lacernas;
Et ad pedes euntis
Proſterno Regis; ipſe
Veſtes mihi nitentes
Ut reddat & decentes.
Quin & viam virentis
Palmæ comis ſubinde
Qua Rex meus propinquat,
Adnitar ut coronem.
Subinde nempè flores
Pietatis, atq; frondes
Patientiæ, atq; fructus
Virtutis omnis edam.
Rex ſi modò, quod ipſe
In hoccè cordis horto
Manu ſua arboretum

Plan-

Plantavit, irrigarit.
Hinc acriore niſu,
Alacriore voto,
Acutiore plauſu,
Argutiore cantu,
Intentiore voce
Miſtus choro canentum,
Regiq; gratulantum
HOSANNA dulce, cordis
Ab intimo receſſu,
Sonare pergo. Quin &
Vel duplicare pergo,
HOSANNA HOSANNA! quin &
Vel triplicare pergo;
HOSANNA, HOSANNA, HOSANNA
Quin imo, HOSANNA, HOSANNA
HOSANNA, HOSANNA quartum
Reduplicare pergo.
Et inde pergo quintum
Reciprocare, ſextum
Reduplicare pergo.
Et rurſus inde, donec

Ve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vel millies, & ultra
Et rurſus inde, donec
Bis millies & ultra
HOSANNA, HOSANNA Regi
Meo ſonare poſſim.

ODE IV.

AD JESUM CHRISTUM.

Cyprian. Serm. de Paſſ. Chriſti.

Reconciliare Deo exſules & damnatos non potuit quælibet oblatio, niſi ſanguinis Chriſti ſingulare ſacrificium. Vulneri tam putrido, & antiquarum cicatricum fætori non inveniebatur medicamentum conveniens, niſi unguento ſanguinis hujus plaga vetus liniretur, & malagmate carnis in cruce extentæ ſiccarentur venena, quæ calcaneo primi hominis, & omni poſteritati ejus ſerpens ille ſeductor antiquus infuderat.

Hic eſt: reperta nuſquam
Via eſt, niſi una, quæ nos
A noxio reatu,

Et ſor-

Et ſordibus pudendis
Valeret expiare.
Tu ſcilicet ſuperna
De ſede patris, oras
In haſce, Chriſte, noſtri
Amore tractus; atra
Non mortis horruiſti
Subire acerbitatem:
Nos innocens nocentes
A ſordibus pudendis
Et noxio reatu
Ut expiare poſſes:
Iræq; Patris ingens
Incendium, quod omnis
Sedare vis aquarum
Non poſſet, innocenti
Reſtingueres cruore.
Inſontis inſtar agni
Quando in crucis probroſæ
Es immolatus arâ.
O ſancte ſanguis, ô ros
Sacerrimi cruoris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Salve, meus Redemtor
Meæ ſalutis ergò
Quem largiter profudit.
Et tu, Redemtor, iſto
Cruore qui reatu
Me liberas ab omni,
Salve: tuoq; pectus
Hoc aridum cruore
Riga, & tuo favore
Sic recrea; perenni
Ut laude temet iſthac
Pro gratia celebret.
Et laus, honosq; ſummo
Patri, Patrisq; nato;
Et utriusq; Flammæ:
Nunc atq; ſempiterna
Per ſecla ſeculorum.

ODE V.

Pſalmus CXXXIII. Davidis.

Auguſt. ſerm. 2. ad Frat. in Erem.

Habeto in corde, in ore, & in opere pacem.

Nam

Nam ſi Cain pacem habuiſſet in cor
non irruiſſet in fratrem ſuum. Si Abſol
pacem habuiſſet in ore, non impugnaſſ
Patrem. Si Judas habuiſſet pacem in ope
non fugiſſet ad laqueum.

O pax, qui te habet teneat; qui te non habe
te perquirat: qui te perdit, te requirat.

1. *ECquid magis beatum?*
Ecquid magis Jehovæ
Mortalibusve gratum,
Quàm Pace corda fratrum
Si mutuâ ligentur,
Nexuq́; charitatis
Amabili uniantur?

2. *Non balſami ſûavem*
Sic ſpirat aura odorem,
Quod imbuit capillos
Aronis, inq; barbam
Deſtillat, inq; veſtem
Deſtillat, inq; veſtis
Deſtillat usq; limbum.

2. *Non rore ſic amœna*
Juga Hermonis rigantur!

Sioni

Sioniiq; colles
Non rore ſic aluntur.
Fraterna nam q; qua pax
Regnat domo: ſupremus
Ibi dator bonorum
Regnat Deus; pioſq;
Fratres benignus omni
Felicitate mactat.

ODE. VI.

Ad imitationem Anacreontis, odario primo, quod inſcribitur εἰσ λύραν.

Prudent. Cathemerin.

a puer plectrum choreis
Ut canam fidelibus:
Dulce carmen & melodum
Geſta Chriſti inſignia:
Hunc camœna noſtra ſolum
Pangat, hunc canat lyra.

Bernhardus.

ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi JESUM.

Martis

Martis cruenta pleno
Sonare bella verſu
Conabar, atq; grandi
Tenore claſsicorum
Taratantara æmulari.
Sed barbiti mihi unum
Chordæ ſonare JESUM
Conſtanter appetebant,
Et iſta claſsicorum
Taratantara abnuebant.
Mutare plectra pridem
Nervos, lyramq; totam
Jubebat ille vatum
Apollo præſes, atq;
Audaciore niſu,
Intentiore cantu,
Et grandiore plectro,
Et longiore verſu
Vel Herculis labores,
Vel Hectoris ſonare.
Sed usq; & usq; ſolum
Nervi ſonare JESUm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Conſtanter appetebant,
Et Herculis labores
Cantare reſpuebant,
Heroës ergò poſthac,
Cruenta bella poſthac,
Valete; plectra noſtræ
Teſtudinis labores
Negant ſonare veſtros:
Nam barbiti mihi unum
Chordæ ſonant JESUM.

ODE VII.

Ad imitationem Odarii, cujus inſcriptio?

εἰς χυσόν.

Auguſt. Serm. 239. de temp.

Avarus es; pecuniam ames. Beatus eſſe vis; Deum tuum ama. Pecunia te non facit beatum. Tu eam facis ornatam; non illa te beatum.

Idem Serm. 49. ad frat. in Erem.

O avaricia, abyſſus inſatiabilis! radix omnium malorum, ſervitus idolatriæ, mater uſuræ, genetrix

genetrix Simoniæ; fomes culpæ, æternæ pœnæ via; nutrix gehennæ, &c.

PLacare ſi Jehovam,
Et prorogare vitam,
Et impetrare cælum
Auri talenta poſſent;
Et ipſe congerendis
Noctes dieſq; numinis
Intentus eſſe vellem.
Vt ira cum Jehovæ
Flagraret; atq; cœlum
Negaret; atq; mortem
Immitteret rapacem,
Talenta mille dives
Darem rubentis auri.
Placare ſed Jehovam
Et prorogare vitam,
Et impetrare cœlum,
Quando rubentis auri
Talenta nulla poſſunt.
Quid eſſe congerendo
Sic diligens in auro

Noctes

Noctes diesq; vellem?
Quid me juvaret aurum,
Niſi ut mihi tot ipſe
Moleſtias crearem?
Contentus eſſe parvo,
Inter pios fideles
Volo ſinuq; cordis
Tu fovere JESUM;
Quod eſui ſit, atq;
Quod uſui ſit, ipſe
Pater ſupremus addet.

ODE *VIII.*

Ad imitationem odes, cujus titulus.

εἰς κόρην.

Ex 19.cap.Geneſ.Deut.6.prov.6.verſ.21. 7.v.3.8. v.9.

Cyprian. libr. 4. Epiſt. 1.

Nihil verſetur in cordibus & mentibus noſtris, niſi divina præcepta, & mandata cœleſtia.

Idem Epiſt. 4. lib. 4.

Evangelij ſancta præcepta, & tradita nobis ſemel mandata vitalia, forti & ſtabili obſervatione teneantur.

DVm negligit Jehovæ
Quæ juſſa dant miniſtri,
Salis columna Lothi
Fit uxor atq; ſaxum.
Nec ergò verba ſummi
Parvi putes tonantis.
Speculi ſed inſtar illa
Habe, quod intueri
Noctes dieſq; poſſis.
Et inſtar illa veſtis
Habe, quod usq; geſtes.
Et inſtar illa Nardi
Habe fragrantis, artus
Tuos ut hac perungas.
Et inſtar hæc monilis
Habe, tuum decenter
Quod ornet usq; collum.
Et faſciæ inſtar illa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Habeto, quâ ligeris.
Et inſtar illa ſigni
Habe, quod usq; dextræ
Tuæ ſit applicatum.
Et inſuper tabellis
Inſcribito illa cordis:
Domi, foriſq; pernox
Et perdius, ſtatutæ
Vt cogites Jehovæ.

ODE IX.

Ad imitationem Anacreontis carmine iſto, quod inſcribitur

Εἰς τὸ ἔαρ.

Tertullian. ad Scapulam.

Chriſtiani non aliunde ſunt noſcibiles, quam de emendatione vitiorum priſtinorum.

Videsne vere primo
Tot floſculis renatis
Vt arva veſtiantur?
Violis ut omnis atq;
Roſis abundet hortus?

Ut diſcere indè poßis,
Et ipſe tu renaſci,
Novoq; flore tandem
Novam inchoare vitam.
Videsnê vere primo
Hirundines, Gruesq;
Et turtures reverti?
Et indè diſce; ſacri
Veris quod illa poſcunt
Auguſta ſæcla; poßis
Et ipſe tu reverti
Erroris è latebris.
Videsnè vere primo
Vt æſtuoſa Ponti,
Quieſcat ira? ut Eurus
Notusq; conticeſcant?
Et inde diſce: fias
Vt ipſe tu quietus,
Vt ira cæteriq;
Motus tot & tumultus
Ubiq; conticeſcant.
Videsnè vere primo

Vt ſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vt puriore Phœbus
Refulgeat nitore?
Et ut fugarit atras
Suo calore nubes?
Vt indè purus ipſe
Et tu nitere poſſis,
Ceu filium renatæ
Poteſt decere vitæ.
Vesnè verè primo
Hominum per arva, & hortos,
Per prata, vineasq;
Et hinc & hinc labores
Certatim ut urgeantur?
Et indè diſce; vites
Vt ſegnioris oci
Inertiam; tuæq;
Labore diligenti
Ubiq; & usq; munus
Profeſſionis ornes.
ver propinquat æſtas:
Flavent per arva ariſtæ,
Fructus ferunt olivæ,

Vites gravantur uvis,
Sub omniumq; ramis
Tot arborum novelli
Surgunt ubiq; fructus.
Et inde tu novellos
Subinde ferre fructus
Summo ſtude colono.

ODE X.

ECHO NUPTIALIS.

Viator & Echo colloquuntur.

Chryſoſtom. de var. loc. M. hom. 22.

Tu ſive ſponſum ſive ſponſam quæras, hoc quire ante omnia, an pius & Deo charus. Si enim hæc adſint, conſequentur & alia. autem deſint, etiamſi res familiaris abun ſuppetat, nihil proderit.

Tibul. lib. 3. eleg. 3.

Nec me regna juvent, nec Lydius aurifer amn
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ac alii cupiant: liceat mihi paupere cultu
Securo, cara conjuge poſſe frui,

HOc vallis in receſſu
Amæniore noſtra
Quis verba ſic viciſſim
Referre gaudet? E. AVDET.
Reciproco ſonore!
ORE. V. *Audio. Sed ille*
Quis eſt? E. IS EST. V. *quis audet?*
IS AVDET. V. *at quis auſit*
Hoc neſcio. E. SCIO. V. *Echo eſt?*
HÆC EST. V. *Dea eſt ne?*
[E. EA EST NÆ.
Poteſnè quæ rogâro
Mihi referre? E. FERRE.
Quid conjugale fœdus
Confirmet ergò narra!
ARRHA. V. *attamen nec arrha*
Id ſola ubiq; præſtat.
RESTAT. V. *quid hoc? amoris*
Num cauſa mentium ipsâ
In copulatione

Sita eſt. E. ITA EST. V. at iſta
Vis copulationis
Deo placetne ſummo?
E. IMMO. V. Deusq́ tædis
Amat piis favere?
E. VERE. V. Rogare Sponſi
Noctes diesq́ perſtent
Hunc corde ſi pudico?
E. DICO. V. Nec ille Sponſi
Sponſæq́ vota fallit?
E. ALIT. V. Facitq́ multâ
Vt fauſtitate ſponſus
Sit auctus. E. AUCTUS. V. ipſa
Vt aucta ſit marita?
E. ITA. V. atq́ vitis inſtar
Lætæ, domum tenellis
Vt augeant puellis?
E. ILLIS. V. Sed inde porrò
Dic; an Deus levare
Velit, quod hiſce triſte eſt?
E. ISTE EST. V. quid eſſe junctis
Opus putas maritis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ne jurgio laborent?
ORENT. *V. & usq; flagrent*
Caſto pares amore?
MORE. E. ORE. E. RE. *V. fatemur*
Perquàm faceta es Echo!
EGO? *V. indè Nympha dic mi;*
Sponſis, quid eſt, novellis
Quod noxium eſſe reris?
ERIS. *V. quid? annè: nuptis*
Solent obeſſe rixæ.
Bilisq;. E. *Lisq;. V. Sed ſi*
Quis iſta præcavebit?
AVEBIT. *V. undè ſed quis*
Hæc præcavere diſcet
Adeo? E. ADEO. *V. fatemur*
Verum profaris Echo
EHO. *V. Sat es diſerta!*
CERTA! *V. Sed ô mea Echo,*
Sponſo hinc novo imprecemur
PRECEMUR. *V. atq; ſponſæ*
Bona cuncta, nos priusquam
Migremus hinc utrinq;!

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

E. INQVE. *V. Eia ſummus autor*
Tori his jugalis adſit.
E. AH SIT. *V. novosq; ſponſos*
Sua benignitate
Semper velit fovere!
E. ô VERE. *V. & usq; quicquid*
Illis queat nocere
Clementer amovere?
E. ô VERE. *V. & inde quicquid*
Prodeſſe poſſit illis
Benignus admovere!
E. ô VERE. *V. Vt expetendæ*
Felicitatis ipſi
Exemplar eſſe poſſint.
E. ô SINT. *V. ut inſtar almæ*
Vitis, novis racemis
Mox ſponſa abundet. E. UNDET.
V. *Sed ipſe.* E. ET IPSE. *V. Cernat*
Cum compare ut marita
Menſæ ad latus virere
Natos. E. ET HOS. *V. Virere*
Natas. E. ET HAS. *V. Virere*

Gre-

Gregem nepotulorum
ILLORUM. *V. & iſta turba*
Tenella blandicella
Parentibus ſit uſq;
Gratum ſuis levamen.
AMEN. *V. Nec hîſce ſcæva*
Ferat ulla ſors gravamen!
AMEN. *V. Sed annè ſponſis*
Hæc vota rere grata?
RATA. *V. ô rata illa fiant!*
FIENT. *V. favente Chriſto?*
ISTO. *V. Sat eſt mea Echo*
Superq;, quando feſſi
Uterq; ſimus. E. IMUS.
Hîc te relinquo. E. LINQVO.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ANACREON LATINUS IDEMq; CHRISTIANUS &c.

QVINTUS.

ODE I.

Canticum Divæ Mariæ.

Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum.

D. Auguſtinus.

Omnibus medullis noſtris & nos dicamus DEO GRATIAS.

Idem.

Quid melius animo geramus, aut ore promamus, aut calamo exprimamus, quam ut DEO gratias agamus?

R Erum parens Jehova
Carmen mihi ſit; illum
Vox grata prædicando,
Vox læta geſtiendo
Extollat: hunc ſalutis

Fontem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Fontem meæ, remotis
Quicquid fibris vigoris
Ineſt, celebret unum.
Me namq; ſervularum
Viliſsimam ſuarum
Vultu benigniori
Non ſprevit intueri.
Hinc ſecla poſterorum
Præ cæteris beatam
Ter me quaterq; dicent.
Præclara nempe fecit,
Et magna fecit, ille
Miſeræ mihi, poteſtas
Finem modumq; cujus
Habere neſcit, omnes
Cujus per orbis oras
Eſt nomen usq; ſanctum.
Quicunq; filiali
Hujus timore numen
Verentur, hos perenni
Benignitate, & horum
Natos ſimul peremni.

Benignitate mactat.
Næ! dextera valenti
Facit ſtupenda! ſternit,
Peſſumq́ dat tumentes
Animo inſolentiori.
Quin de throno potentes
Deturbat; & viciſſim
Humiles humo levatos
Ad altiora tollit.
Fame, ſitiq́ preſſos
Explet bonis abundè
Sed divites, egenos
Relinquit atq́ inanes.
Clementiæ paternæ
Memor, ſuo clienti
Succurrit Iſraëli:
Veluti fidelis olim
Promiſſor Abrahamo,
Et poſteris recepit.
Honor, decusq́ ſummo
Patri, Patrisq́ Nato:
Cum Spirituq́ TRINO
UNIQVE *ſit* JEHOVÆ.

ODE IO

ODE II.

AD JESUM PLORANTEM.

D. *Bernhardus.*

bone Jeſu, quid ploras? Ploro, quod paſſio mea ſufficit multis, prodeſt paucis.

Auguſtinus in Pſal. 21.

[Tem]pus eſt lugendi, Paſſio Domini celebratur: tempus gemendi eſt, tempus flendi; tempus confitendi & deprecandi. Et quis noſtrum idoneus eſt, ad effundendas lachrymas, pro dignitate doloris tanti? Sed quid ait Propheta? quis dabit capiti meo aquam? & oculis meis fontem lachrymarum? Si verè eſſet fons lachrymarum in oculis noſtris, hec ipſe ſufficeret.

FOns vive gaudiorum,
JESV benigne, quid fles?
Quid lachrymis profuſis
Gemis, dolesq; JESV
Fons vive gaudiorum?
[Nimis] triſtis ingemiſco,
Hoc lachrymor: dolorum

Quod

Quod paſſio meorum,
Et mors acerba, CUNCTIS
Quæ ſufficit, ſatisq́;
Superq́; liberandis,
PAUCIS *tamen ſaluti eſt.*
Sed qui fit, ô, tuorum,
Quod paſſio dolorum,
Et mors acerba, CVNCTIS
Quæ ſufficit ſatisq́;
Superq́; liberandis,
PAVCIS *tamen ſaluti eſt?*
An invidere cuiquam
Te ſuſpicer ſalutem?
Cave, id velis putare:
Nam natus ipſe CVNCTIS,
Datusq́; ſum REDEMTOR
Pro SINGVLISq́; *mortem,*
Et Omnibus, *quot unquam*
Fuere, ſuntq́;, eruntq́;
Mortalibus ſubivi;
Et ſanguinem profudi:
Hinc omnibus ſalutem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Meo cruore partam,
Verbo offero ſalutis:
Et ſedulò VNIVERSOS
Ad apprehenſionem
Partæ voco ſalutis,
Moneoq;, quin VOCATOS,
Monitosq; mando COGI,
TRAHIq;: lachrymisq;
Teſtor meis, ſalutem
Me velle SINGVLORVM
Et OMNIVM; Nec ergò
Per me ſtetitvè, ſtatve,
Stabitvè poſt, meorum
Quod paſſio dolorum
Et Mors acerba, CVNCTIS
Quæ ſufficit ſatisq;
Superq; liberandis,
PAVCIS tamen ſaluti eſt.
Cauſæ quid ergò JESV
Bone, eſt? Homo ipſe numquid,
Sui immemor, ſalutem
Non curat, appetitve?

Sic eſt:

Sic eſt: id ingemiſco,
Doleoq; , lachrymorq; :
Ingratitudo namq;
Mortalium ſtupenda,
Et cæcitas , ſalutem
Meo cruore partam
Non curat, aut requirit,
Et ſi vel offeratur
Quotidiè docendo,
Et ſedulo monendo
Salus, ſit illa flocci.
Nec eſt ſat hiſcè , tantos
Mihi ſemel dolores
Feciſſe , lachrymasq;
Noxis ſuis : ſed usq;
Et inſuper pudendo
Mi criminum reatu
Novos creant dolores !
Hinc eſt, quod ingemiſco,
Doleoq;, lachrymorq;.
Quin ſi viam ſalutis
Monſtrare conſequendæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sumam, jubens nefasq́;,
Scelusq; pœnitendo
Deflere, ſpeq́; firma
Fideq; me prehenſum
Amare pauciores
Obtemperant jubenti.
O cæcitas ſupina,
Supinitasq́; cæca
O error; ô nefasq́;:
Scelusq; abominandum,
Quo tendis? Ah; ſalutem,
Chriſti cruore partam,
Sic negligendo temnis?
Hominesq; ſempiternæ
Damnationis imum
Demergis in barathrum?
Quâ flendo & ejulando;
Salſumq; lachrymando,
Hanc usq; cæcitatem,
Et usq; proſequentur:
Sed absq́; fructu, & absq;
Spe liberationis.

Aut reſtitutionis,
Aut mitigationis.
JESV benigne, JESV
Redemtor alme, te, per
Suſpiria iſta, te, per
Has lachrymasq;, te, per
Mortemq; ſanguinemq;
Pro me reo profuſum,
Precorq;, deprecorq;:
Fac usq; lachrymarum
Recorder ut tuarum:
Et indè pœnitenti
Deflere corde crimen
Pergam meum: tuaq;
In morte lachrymisq;,
Fideq;, ſpeq; firmâ,
Quæram miſer ſalutem,
Et fortiter prehendam.

ODE III.
DE CHRISTO JESU, PASSO & MORTUO.
Die Paraſceves.

Auguſtinus in Pſal. 21.

Anniverſaria recordatio quaſi repræſentat quod olim factum eſt: & ſic facit nos moneri: tanquam in cruce videamus pendentem Dominum, non irridentes ſed credentes; unde præſentiſſima afflictis conſolatio, ægris medicina, mæſtis lætitia.

Cyprianus, Serm. de Reſur. Chriſti.

Lætemur, & delectemur in Domino, nec amatoribus crucis mors magiſtri ſit horrori, neque pœna ſit dolori, nec paſſio ſit pudori; cum hæc omnia vitæ noſtræ ſint inſtrumenta: quia mors ejus pro peccatis noſtris ſacrificium fuit; & pœna crucis, exceſſibus pœnâ dignis occurrit; labor ejus onera noſtra depoſuit, dolor ejus nos ſanavit, & damnatio indebita, nos à damnatione æternâ abſolvit.

Viator & Echo colloquuntur.

H. ⁖ *HAc valle quis canenti*
Reſponſat? ecquid Echo?
E. ⁖ EGO V. *quid? anne noſtras*
Tuo referre voces,
Echo, voles canore?

E. ORE.

E. ORE. *V. & canendo mecum*
Vis prædicare Chriſtum?
E. ISTUM. *V. cruore quod me*
Suo redemit? E. EMIT.
V. Hac luce? qua volebat
Necem ſubire vita?
E. ITA. *V. Eja, dulcis Echo?*
Opus quid hacce factu
Cenſes die? anne flere eſt?
E. ERE EST. *V. Satisnè ſolum eſt*
Hac luce lachrymari?
E. RIMARI. *V. an ergo cauſam*
Rimabimur cruentæ
Chriſti crucis, necisq;?
E. USQUE. *V. illa cauſa, nonne eſt*
Mortalium reatus?
E. OTALIUM REATUS.
V. *Crimenq; perditorum?*
E. HORUM. V. *quod expiandum*
Fuit nece innocentis?
E. SENTIS. V. *Proinde Chriſto*
Noſtrum ſcelus nefasq;

Tot attulit dolores ?
ORES! V. *& immerentem*
Damnavit ad flagella ?
ILLA. V. *atq; perforavit,*
FORAVIT. V. *Innocentis,*
Ferro, E. FERO. V. *Manusq;*
USQVE. V. *& pedes, latusq; ?*
USQVE. V. *in crucemq; adegit*
EGIT. V. *neciq; tandem*
Objecit hunc ſeveræ ?
VERE. V. *ſimulq; ad antra*
Detruſit inferorum ?
FERORUM. V. *& in baratrum*
ATRUM. V. *O fleamus ergo*
Noſtrum nefas, ſcelusq; !
USQVE. V. *& fide prehenſum*
Amemus usq; Chriſtum !
ISTUM. V. *Suâ quod omne*
Crimen nece expiavit !
PIAVIT. V. *Et Parentis*
In gratiam reduxit
Reos! E. EOS. V. *fideles ?*

E. IL-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

E. ILLOS. V. Nefas peroſos?
E. HOS HOS. V. novæ ſequentes
Vitæ piæ inſtitutum?
E. TVIVM. V. Deum colentes
Corde & pio, & pudico?
E. DICO. V. novum canentes
Ipſi melos ſubinde?
E. INDE. V. usq; dum fruiſci
Datur hoc in orbe vitã?
E. ITA. V. atq; ſeculorum
Per ſecla ſempiterna?
E. ÆTERNA. V. nunc mea Echo
E, EHO. V. Quid eſſe credis
Super; niſi ut Jehovæ
Natum & veham ipſe laude?
E. AVDE. V. Sed haſce laudes
Illi putasne gratas?
E. RATAS. V. Benè ergò grates,
Jeſu tibi redemtor,
Ago bis, quaterq;. E. TREQVE.
V. Et inſuper. E. SVPER. V. quod
Per te redemtus! E. EMIVS.

Non ære. E. RE. V. *nec auro;*
Sed purpurâ cruoris!
PVRA CRUORIS *unda.*
Fac, ô, Redemtor, iſthac
Mihi reo cruoris
Tui unda proſit. E. O SIT.
Et dura vincla proſint!
O SINT. V. *flagella proſint.*
O SINT. V. *Corona proſit!*
O SIT. V. *fac ipſa mors mi*
Amara proſit. E. O SIT.
Tuum inſuper ſepulchrum
PULCHRUM. V. *Fac, oro, proſit*
O SIT. V. *Sat eſt; ſuperq;*
PERGE. V. *ô benigne Jeſu,*
Largire tanta grati,
Benefacta cogitemus!
Noctu ſimul diuq;.
DIUQVE. V. *Te canentes*
Plectro ſuaviore!
SVAVIORE. V. *te colentes*
Metroq; dulciore!

E. DULCIORE. V. Faç mea usq;
Te prædicet Camæna!
E. AMOENA. V. Donec arce
Tandem poli recepti,
Cum Patre, te canamus,
Sacrumq; Flamen! E. AMEN.
V. Sed tua mea ecquid Echo.
Mirum eſt, uterq; feſſi
Si forte ſimus? E. IMUS.
V. Quod ſi voles abire
Me, dicito citò. E. ITO.
V. Proin, canora nympha,
Hac te relinquo valle!
E. VALE. V. valeq; tu. E. ÆQVE.

ODE VI.

Ex Matthæi 6. Cap.

FIAT VOLUNTAS TUA.

2. Samuel. 15. v. 26.

Præſto ſum; faciat mihi Dominus, quod bonum eſt, coram ſe.

Luc. 22. v. 42.

ter, ſi vis, transfer calicem iſtum à me; Ve-
rumtamen non mea VOLUNTAS, ſed
UT TUA FIAT.

IAT DEI VOLUNTAS,

Quavis die precamur:
Sic nempe juſſit ipſe
Chriſtus precum magiſter,
Quavis die precari.
inde cum voluntas
Dei ſit, acquieſce;
Æquaq; ferre mente,
Seu triſte, ſive lætum
Quid obtigit, memento:
Licet tua, ut volebas;
Non facta ſi voluntas.
id ergò, dura quando
Sors ingruit; majorum
Sub pondere inquietus
Tremis fremisve? quin dic,
Fiat Dei voluntas.
id ergò virulento

 Si den-

Si dente vulnereris,
Calumniæ, inquietus
Tremis, tremisve? quin dic:
Fiat DEI voluntas.
Quid ergò ſi bonorum
Jactura fiat, undis
Flammisve, ita inquietus
Tremis, fremisve? quin dic:
Fiat Dei voluntas.
Quid ergò ſi Parentum,
Fidiſſimæ Maritæ;
Dulciſſimæve Prolis,
Te mors acerba triſtem
Peſſumdet, inquietus
Tremis fremisve? quin dic:
Fiat Dei voluntas.
Quid ergò fabricator,
Morbus, dolorq; lethi
Te fortè ſi vel ipſum
Affligat, & grabato
Affigat; immo tandem
Hinc emigrare cogat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Tremis, fremiſve? quin dic:
Fiat Dei voluntas.
c nempe Chriſtus ipſe
Juſſit precum magiſter
Quavis die precari:
Sic ipſe tu precaris
Quavis die: fideles
Sic usq; Chriſtiani
Quavis die precantur.
Dic ergò: & usq; & usq;
Fiat Dei voluntas.

ODE V.

Ad filios hujus ſeculi.

Imitatione Pſalm 49. & 144.
Auguſt. ſerm. 141. de tem.

o, omnes vultis beate vivere: ſed unde homo beate vivat, hoc non Vultis quærere. Quæris aurum; quia de auro putas te beatum futurum: ſed aurum te non facit beatum. Quare vis eſſe in iſto ſeculo ſublimatus? Quia honore hominum, & pompa ſeculi putas te beatum futurum; Sed pompa

ſeculi non te facit beatum. Quare quæ
mendacium ? Et quicquid hîc aliud quæ
cum ſeculariter quæris ; cum amando
ram quæris; propterea quæris;ut ſis beat
ſed nulla res terrena te faciet beatum. Q
re non ceſſas quærendo mendacium, &c.

Quam vos putatis eſſe,
Beata vita non eſt :
Non eſt beata vita,
Quam vos putatis eſſe.
Throno ſedere celſo,
Superbo habere tecto,
Molli cubare lecto,
Dubiæ accubare menſæ ;
Pulchris nitere gemmis,
Latos arare campos,
Et undiquaq; quicquid
Libyco ſecatur arvo
Plenis tenere cellis ?
Sed hæc beata vita eſt,
Quam nos putamus eſſe ;
Nos eſſe quam putamus,

I

Verè beata vita eſt !
Amare corde puro
Deum, Deiq́; juſſis
Obtemperare ; ſanctæ
Se devovere vitæ.
Odiſſe pejus angue
Nefas ; & abſtinere
Conſortio malorum.
Hinc utriusq́; ferre
Sortis vices : modeſtè
Paci ſtudere ; lites
Fugiſſe, amare fratrem
Sic, atq́; ſemetipſum.
Obeſſe velle nulli.
Prodeſſe velle multis ;
Placere velle paucis,
Et optimo vel uni.
Non hanc amare vitam
Nimis : ſed usq́; vitam
Spirare ſempiternam,
Hæc eſt beata vita,
Quam nos putamus eſſe.

Nos eſſe quam putamus
Verè hæc beata vita eſt.

ODE. VI.

Gratiarum actio, pro pace publica.

Auguſt. Serm. 169. de temp.

Plantare pacem radicitus; Dei eſt: evellere penitus inimici.

QVod Pace tot per annos
Et ocio fruiſci
Detur, Jehova, nobis;
Tuæ benignitatis
Fatemur eſſe munus.
Tu namq; Pacis auctor,
Ab hiſce triſte bellum,
Cædesq; depuliſti
Provinciis, & alma
Quiete nos beaſti.
Te quæſumus, paterno
Largire pro favore;
Vt proprium ſit illud
Porrò, & peremne munus

Nobis

Nobiſq́; poſteriſq́;
Ruentis hacce mundi
Quod unicè precamur
Penultima ſenectû,
Immò ultimâ ſenectâ;
Immò ultimæ ſenectæ
Horâ ferè ſupremâ
Quam dira bella præter
Cædeſq́; lachrymoſas,
Liteſq́; turbulentas,
Diſcordiaſq́; terras,
Et noxios tumultus
Nil parturire certum eſt.
u namq́; nî tuorum
Preceſq́; lachrymaſq́;
Fidelium benignus
Reſpexeris; Manuq́;
Valentiore Martis
Repreſſeris furores
An pacis ulla ſit ſpes?
ergò ſoſpitator
Gentis tuæ, Jehova,

Qui conteris ſagittas,
Et lanceas, & omne
Belli genus! quadrigas
Igni cremas volucres:
Qui reprimis rebelles
Furentium tumultus,
Qui bella pace mutas!
Et hiſcè porrò noſtris
A finibus cruenta
Depelle bella; & alma
Nos pace, poſterosq;
Noſtros bea; perenni
Sic laude te canemus.

ODE VII.

Ad amatores vitæ hujus.

Auguſtinus.

Vita mea, vita fragilis, vita caduca: quæ quanto magis creſcit, tanto magis decreſcit: quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Seneca,

Nulla eſt catena, quæ nos alligatos tenet; AMOR VITÆ.

Quid iſta noſtra vita eſt
Amore cujus omnes,
Unâ velut catena,
Tenemur alligati?
Non illa vita dici
Meretur; umbra dici
Meretur, immò, dici
Vel umbra, vix meretur,
Mortalis illa vita eſt,
Vitalis illa mors eſt
De jure nuncupanda,
Nec pluris æſtimanda.
Nam vita noſtra quantum
Procedit atq; creſcit,
Mors hinc avara tantum
Prædatur atq; carpit.
Nec editis ab alvo
Mox imminet parentis;
Per hanc origo vitæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Finiſq́; copulantur.
Quid hujus ergò vitæ,
Umbratilis tenemur
Amore? prorogari
Adeo quid hanc precamur?
Quin poſthumam, cruore
Quam Chriſtus innocenti
Fidelibus paravit,
Conſtanter appetamus!
Hæc nempè vita dici
Vitalis; hæc beata,
Hæc ſempiterna vita,
Meretur una dici.

ODE VIII.

Imago Chriſti Servatoris pro nobis vulnerati, Pelecano adumbrata.

Cyprian. ſerm. de Paſſ. Chriſti.

Filius hominis damnatus eſt, ut liberaret da-
mnatos; doluit, ut ſanaret infirmos, timuit,
ut faceret ſecuros, opprobria pertulit, ut
impro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

improperia detrahentium non moverent electos.

PElecanus ut Veneno
Serpentis interemptos
Reſuſcitare pullos
Suo cruore poſſit:
Suummet ipſe pectus
Non vulnerare parcit.
Sic Filius Jehovæ
Nos inferi veneno
Serpentis interemptos
Vt ſuſcitaret, ipſe
Latus ſuum manusq;
Pedesq; vulnerari,
Corpusq; ſauciari,
Eſt paſſus, ut cruore
Nobis ſuo ſalutem.
Suaq; morte vitam
Communicare poſſet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ODE IX.

IN AVAROS.

Auguſtinus.

Avaritia ſemper rapit, & nunquam exſatiatur. Deum non timet, nec hominem reveretur; nec Patri parcit; nec patrem agnoſcit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem ſervat: viduam opprimit, pupillum invadit, liberos in ſervitutem revocat, &c.

Boetius lib. 3. de Conſolat.

Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer?
　Opes, honores ambiant.
Et cum falſa gravi mole paraverint,
　Tum vera cognoſcant bona.

AVare congerendis,
Per fanda per nefanda,
Noctes dieſq; nummis
Intente, Luna fœnus
Cui menſtruum miniſtrat,
Sol annuum miniſtrat,
Qui pauperum cruorem,
Ceu ſanguiſuga, ſorbes,
Et intimas egentum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Trux ebibis medullas:
Qua fronte te Jehovam
Amare vis videri?
Quo teq; Chriſtianum
Vix ore prædicari?
Non es, profecto, non es
Quod eſſe vis videri,
Quod usq; prædicari.
Nam te quidem nec ipſum
Cum diligas, nec ullum
De fratribus; quid audes
Amare te Jehovam
Deprædicare; Namq;,
Si quem vides ocellis 1. Joh. 4
Non diligis; quid inquis v. 20.
Amare te Jehovam,
Quem non vides ocellis?
Et membra quando Chriſti,
Quinimmo, quando Chriſtum
In hiſce lædis ipſum:
Horum domus, agrosq;,
Et quicquid eſt peculi,
Tot artibus doloſis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Furtisq́; fraudulentis,
Unco velut tenaci,
Ad te trahendo; quanam
Te fronte Chriſtianum
Jactas, nec erubeſcis?
Quin raptores: vel iſthoc
Pejor, latro cruentus.
Nec particeps ſalutis,
Vitæq́; ſempiternæ,
Chriſti cruore partæ,
Quam nempe latro nunquam
Raptorve poſſidebit.
Proinde ni perire
Sciens velis, vidensq́;:
Abominare poſthac
Centeſimas, & omne
Lucri genus nefandi,
Fraudumq́; mille technas.
Nî feceris, JEHOVA
Centeſimas, profecto,
Centeſimo malorum,
Milleſimoq́; tandem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cum fœnore in nocentis
Tui caput reſundet.
Tum dicet : hinc abite
Turba exſecrata : Namq́;
Ego eſuritione
Pridem & ſiti premebar ; Matth.25.
Cibum ſed, atq; potum
Negaſtis indigenti :
Immo cibum atq; potum
Rapuiſtis indigenti.
Ite ergò deſtinatum
Ad Tartari barathrum.

ODE X.

IN SUPERBOS.

Tertul. lib. de Pallio.

oleo de qualibet margine, vel ora medicinas moribus dicere. Nullis vitiis adulor, nullis veternis parco ; nulli impetigini adulor. Adigo cauterem ambitioni; &c.

Prudent Pſychomach.

Deſine grande loqui, frãgit Deus omne ſuperbũ Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur,

Diſce ſupercilium deponere, diſce cavere
Ante pedes foveam, quiſquis ſublime minaris.
Pervulgata viget noſtri ſententia Chriſti,
Scādere celſa humiles, & ad ima redire feroces.

Cinis quid atq; pulvis,
Homulle, ſic ſuperbis?
Quid torviore vultu
Magnum minare? nubem
Supercili quid iſtam
Sic contrahis? quid altum
Spiras, ſuiſq; Criſtas
Quid erigis? quid, inſtar
Pavonis, explicatum
Caudæ elevas flabellum?
Dum, buccinator ipſe
Laudis tuæ, videri
Digitoq; vis notari?
Titulos quid inſolenter
Jactas ſuperbiores,
Quos vix queat vel omnes
Triplex notare verſus?
Cum ſis nihil, quid omne

Te, ſtulte, ſomniando
Tibi eſſe imaginaris?
Quieſce; pone criſtas:
Supercilijq; nubem
Paulum reſolve; terram,
Pede quam ferocioris
Modo premis caballi,
Prono intuere vultu:
Speculi inſtar, illa mox te
Quid ſis docebit; & quid
Sis bimi futurus. Ergo
Cinis quid atq; pulvis,
Homulle, ſic ſuperbis?

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ANACREON LATINUS IDEMQ; CHRISTIANUS &c.

SEXTUS.

TUBÆ NOVISSIMÆ PRÆNUNCIUS.

ODE I.

Ex Luc. 2. Marc. 13. Matth. 25. cap. Bernh. lib. 1. de cont. mun.

Hora noviſſima, tempora peſſima ſunt, vigilemus
Ecce minaciter imminet arbiter ille ſupremus.
Imminet, imminet, ut mala terminet, æqua coronet,
Recta remuneret, anxia liberet, æthera donet.

QUid, ô, quid eſt ſoporis?
Quid eſt ſoporis, inquam,
Quo mergimur, ſupremæ
Memores parum diei?

Nox quæ tenebricoſa,
Tenebricoſa quæ nox,
Obſcuriore ocellos
Caligine occupavit,
Profundiore mentes
Errore faſcinavit,
Ut, quam ſit in propinquo
Dies ſuprema, pauci
Raroq́; cogitemus?
An excidere Chriſti
Tam provide monentis,
An excidere Chriſti
Tam ſerio jubentis,
An excidere Chriſti
Tam ſedulo excitantis
Suprema juſſa, quondam
Queîs trigæ Apoſtolorum
Sacerrimæ veternum Matth. 26.
Excuſſit, hosq́; votis
Inſtare; ne propinquæ
Succumberent ruinæ,
Quaterq́; terq́; juſſit?

An ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

An excidere ſervis :
Mandata quæ Dynaſtes
Dederit domo profectus, Luc. 12.
Vigilare janitorem Mar. 13.
Præ cæteris jubendo ?
An excidere quæ Rex
Abire militatum
Parans, ſtatuta ſervis
Præſcripſerit, talenta Mat. 25.
Sua cuiq; , fænerari
Poſſent quibus , relinquens ?
An excidere turpes
Tot virginum repulſæ,
Securitas profundo
Quas merſerat veterno,
Nec lampadas repleri
Curaverant olivo ?
Cum clamor, ecce ! noctis
Meredie per umbras
Iret repentè : Sponſus
Adventat : Ecce, ſponſus
Propinquat : Eja, Sponſo
Ite obviam propinquo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

non & hæc & iſta
Te, Chriſtiane, meq;
Omnesq; juſſa tangunt ?
Tangunt, profecto tangunt.
non egoq;, tuq;.
Omnesq; janitores
Sumus ? Sumus profecto.
non egoq;, tuq;,
Omnesq; virginum grex
Sumus ? Sumus profecto,
go quid eſt ſoporis,
Quid eſt ſoporis, inquam ?
Immo, quid eſt veterni ?
Nî pejor eſt utriſq;
Lethargus atq; lethe,
Quâ mergimur, ſupremæ
Memores parum diei ?
in ſerio excitamur !
Et providè excubamus,
Et fervidè precamur,
Multumq; fœneramur !
Digneq; præparamur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Ut quandocunq; Sponſo
Placet redire Chriſto,
Si ſit vel hac, vel illâ
Quæ mox ſequetur, horâ,
Nos ipſe, & excitatos,
Sanctéq; præparatos,
Et plurimum lucratos
Offendat; atq; cœlo
Secum beet receptos.

ODE II.

Hieronymus.

Memento tubæ noviſſimæ.

Horolog, Græcorum.

Τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν ἐννοοῦσα ψυχ
μου γρηγόρησον, &c. οὐ γὰρ οἶδας πότε πρὸς σ
ἐπελεύσεται ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, ἰδοὺ ὁ νυμ
φίος. βλέπε οὖν, ψυχή μου, μὴ νυστάξῃς.

Diem illum terribilem conſiderans, ô anim
mea, evigila,&c. Non enim noſti quand
ſuperventura ſit vox dicens: Ecce Spon
ſus. Vide igitur, anima mea, ne dormi
tes,&c.

QVi ſtertis excitere,
Pieq; præparere,
Ad judicis tribunal
Viviq; mortuiq;
Vocamur univerſi.
Sed quâ tubâ exciteris,
Quo nuncio voceris
Ad judicis tribunal;
Ne quære! quando terram
Mugire, quando cælum
Tonare, quando Pontum
Tumere; quando Solem
Lugere; quando Lunam
Caligine occupari
Audis, videsve; Crede
His te tubis vocari,
His nunciis citari
Ad judicis tribunal.
quando charitatem
Vides refrigerari,
Et quando veritatem
Vides periclitari:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Fideiq́ puritatem
Ubiq́ adulterari
Audis, videsve: Crede!
His te tubis vocari,
His nunciis citari
Ad judicis tribunal.
Et quando jusq́ fasq́
Advertis exſulare:
Et quando bella paſsim
Litesq́ ſeminari,
Populos tumultuari,
Regesq́ diſsidere
Audis, videsve: Credo:
His te tubis vocari
His nunciis citari
Ad judicis tribunal.
Et quando perditorum
Exempla quæq́ morum:
Puta, pudenda ſtupra:
Puta nefanda furta,
Et par quod his, vel hiſcè
Mage eſt abominandum:
Ubiq́ prævalere,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Audis, videsve, Crede;
His te tubis vocari,
His nunciis citari,
Ad judicis tribunal.
omineſq; quando curis
Tabeſcere, ejulando
Torpeſcere, & querellis
Langueſcere, & gemendo
Fathiſcere experiris!
Memento te vocari,
Memento te citari
His nunciis, tubiſq;
Ad judicis tribunal.
oindè ſi ſalutis
Curâ tuæ teneris?
Cave has putare flocci
Velis citationes.
Quin imò tot vocatus
Tubiſq; nunciiſq;,
Qui, ſtertis excitere,
Pieq; præparère,
Ad judicis tribunal.

ODE III.

Ex Luc. 21. cap. Erunt ſigna in Sole & Luna, &c.

Præcipuè de Cometa, qui anno 1607. Menſe Septembri conſpectus eſt.

Cyprian. tract. 1. cont. Demetr.

Reſpicite, dum tempus eſt, ad veram & æternam ſalutem; quia jam mundi finis in proximo eſt: & ad Dominum Deum mentes veſtras, Dei timore convertite, &c.

Vos quotquot eſtis, ora
Quos juſsit architectus
Triunus ille rerum
Solo ſub aſtra ſurſum
Levare, & intueri,
Tot cælicos meatus,
Tot ſyderum rotatus,
Tot aſtricas choreas:
Ne more beſtiarum
Spectate prona tantum.
Surſum levate vultus,

Vun-

Vultus levate ſurſum:
Conſiderate cœlum,
Et flammeos Quirites
Conſiderate cœli.
Solem puto atq; Lunam,
Et quotquot univerſi
Hoc publicum feneſtra
Illuminant theatrum,
Conſideratione
Spectate diligenti,
Deliberatione
Penſate providenti:
Hac nempe diligenti
Conſideratione,
Hac quippe providenti
Deliberatione
Doctis ſcietis, ante
Fores adeſſe lucem
Noviſſimam, Jehovæ
Qua Filius coruſcâ
In nube mox revertens,
Suum ciebit ante

Judex tribunal omnes
Vivosq; mortuosq;
Convexa nempè cœli
Lucem peroſa nutant:
Quæq; his teguntur, infra,
In pejus usq; mutant:
Phœbea ſæpè lampas
Obducitur tenebris:
Vultuq; triſtiori
Acerba quæq; terris
Portendit, & minatur,
Et Luna ſæpè denſis
(Lugentis inſtar) umbris
Caput tegens propinquam
Prænunciat ruinam.
Eſt, quando præter unum
Plures micare Soles.
Eſt, quando præter unam
Plures micare Lunas:
(Seu quis vocare Solis
Idola, ſive Lunæ
Simulachra forte malit)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Conſpexeris, futuræ
Præſagium ruinæ.
Quin & tremendus olim
Auditus eſt tubarum
Cælo tonare clangor!
Exercitus minaci
In nubibus tumultu
Sunt dimicare viſi.
Et totus usq; noctu,
Fornacis inſtar, igne eſt
Ardere viſus æther.
Quid inſuper COMETAS
Fatale ſydus orbi,
Pergam referre, magna
Quos absq; clade nunquam
Fulſiſſe ab axe, certum eſt?
Ut non luem nocivam,
Bellumve lachrymoſum,
Famemve nunciarint.
quis, niſi ſopore
Merſus profundiori
Securitatis, iſtam

Cœlo facem putaris
Miſiſſe fortuito?
Vicina quæ Bootæ
Nuper pigro, eſt timendum
Vibrare viſa crinem:
Faces poli Quiritum
Notha fac æmulantem;
Adverſa fata, virgæ
Ad inſtar, & flagelli,
Mortalibus minantem?
Hæc atq; plura, ſurſum
Modo levare vultus
Velit quis, edocebunt;
Quam mox adeſſe lucem
Noviſſimam, Jehovæ
Quâ Filius coruſcis
In nubibus reverſus,
Suum ciebit ante
Judex tribunal omnes
Vivosq; mortuosq;.
Juſtiſſimiq; cauſas
Sententia rigoris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Diſcernet univerſas:
Ad gaudii peremnis
Conſortium fideles
Ut evehat; ſed ima
In Tartara, atq; Mortis
Tormenta ſempiterna
Releget impiatos.
Securitatis ergo
Sopore faſcinati
Ne dormiamus usq;
Sed excubemus usq;;
Et præparemur usq;:
Sed & precemur usq;:
Ut hora nos ſuprema
Offendat excubantes,
Et occupet precantes,
Sanctéq; præparatos.

ODE. IV.

ABOMINATIO DESOLATIONIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Daniel. 9. Matth. 24.

Ad pios, veræ Eccleſiæ relliquias.

Bernh. lib. 3. de commun.

Perdita ſecula, moribus æmula prævaluerunt,
Sunt ſine nomine, qui ſine crimine vivere quærunt.
Aurea ſecula, pacis & oſcula deperiere:
Secula fœtida, ſecula perfida ſunt modo verè,
O mala tempora! perfida pectora nobilitantur,
Fraude carentia criminis inſcia, bruta vocantur, &c.

Qvecunq; grex piorum
Degis puſille cœlo,
Truces tot impiorum
Inter minas luporum,
Exſuſcitare, & illam
Mox imminere lucem
Adverte, quæ ſupremam
Mundo afferet ruinam.
Id nempè viſa cœlo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Solo, ſaloq́; ſigna
Satis ſuperq́; totam
Paßim probant per orbem,
Ut nemo, nî profundo
Plane obrutus ſopore
Securitatis, exmens
Procißit inſtar, horum
Ignarus eſſe poßit.
[illegible]iti namq́; quæ ſub axe
Utroq́; ſe polorum
Oſtenta ubiq́; produnt,
Surſum levando ocellos
Quis nolit intueri:
Quæ prona ſunt, & inter
Manus pedesq́; ſpectet
Tantummodo, fateri
Cogetur, imminere
Novißimam dierum.
[illegible]omi, forisq́; ſic res
Privæq; publicæq́;,
Sacræ ſimul & prophanæ
Nutare, & ire peſſum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vel ſſe jam, videntur,
Solymes Propheta Medus
Prænunciarat antè
Adeſſe tunc ruinam,
Res exſecranda quando.
Vaſtationis index
Sacerrimam Jehova
Coinquinaret aram.
Et exitus, Propheta
Quæ nunciarat ante,
Rata eſſe comprobavit.
Res iſta abominanda,
Vaſtationis index,
Cladem Sionis olim
Solymesq; quæ ruinam
Portendit; iſta, dico,
Res exſecranda, toti
Et nunc minatur orbi,
Bellum, famem, necemq;
Ipſamq; vaſtitatem.
At, exſecranda quæ ſit
Res iſta, ſi requiras.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Et hinc, ubi locorum
Res iſta abominanda,
Vaſtationis index,
Sacerrimam Jehovæ
Aram prophanet; inſtes?
Non eſt opus vageris
Hinc inde cogitando,
Feriſq; quæritando,
Omnes per orbis oras!
Quid hoc requiris extra,
Quod invenitur intus?
Domi videbis, iſthæc
Horrenda abominanda
Et exſecranda monſtra;
Domi videbis, inquam,
Gemens, tremensq; monſtra
Iſthæc abominanda,
Sanctiſſimis Jehovæ
In atriis; in ipſis
Sacrariis, & aris:
Caſtiſſimo Jehovæ
Quæ nomini ſacrantur,

Quæ

Quæ numini dicantur.
Nec hiſcè templa, & aras,
Fama & ſacella tantum
Dici putabis iſta,
Quæ fabrefacta ligno,
Saxove ſunt: ſed aras,
Hîc & ſacella dici
Putabis iſta, ſancto
Quæ Flamine architecto
Sunt excitata, verbi
Præconio, &, quod iſthoc
Præconio excitantur,
Domus Dei vocantur,
ECCLESIÆq; *gaudent*
Cognomine orthodoxæ:
Quin hîc ſacella dici
Et illa diſce, quæ ſunt
In corde ſingulorum
Fundata, CHRISTIANOS
Qui ſe volunt vocari.
Hæc templa, & hæc ſacella,
Sacraria hæc, & aras

Inten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Intentiore mentis
Acumine intueri
Si ſumſeris, FIDEMVE
VITAMVE Chriſtianam
Conſideres, videbis
Quammox abominanda,
Et exſecranda monſtra,
Quibus ruina toti
Prænunciatur orbi.
Plerumq; Chriſtianum
Sic nomen ore tantum,
Et extimis labellis
Hominum natat, ſed ipsâ
Re CHRISTIANA rarò
Cum voce vita præſto eſt.
IDEMNE Chriſtianam
Conſiderare ſumis?
Langueſcit, immò friget,
Tot monſtra peßimarum
Blaſphema opinionum;
Tot dogmata impiorum
Pudenda ſomniorum:

Tot hæreſes ne fandæ;
Tot ſchiſmata exſecrandæ;
Tot duplices cothurni,
Verſatilesq; rhombi,
Peſtesq; multiformes,
Multiplicesq; ſectæ,
VERBIQVE veritatem,
Fideiq; puritatem
Adulterant ubiq;.
Gens Chriſtiana quondam
Credebat omne CHRISTO;
Quod dixerat, nec unquam
Cauſas petebat, unâ hac
Contenta, DIXIT IPSE.
Nunc artis eſſe ſummæ,
Scientiæq; multi
Credunt profundioris,
Chriſto obloqui; ratumq;
Habere nil, cerebri
Ni vis id aſſequatur,
Ratioq; id apprehendat:
Quamvis id ipſe Chriſtus,

Fons ille veritatis,
Juratus adſeveret.
Annon & hæc, & illa
Sunt exſecranda monſtra,
Sanctiſsimis Jehovæ
In atriis, in ipſis
Sacrariis, & aris,
Quibus ruina toti
Prænunciatur orbi?
Conſiderare VITAM
Si porro Chriſtianam
Voles? & hîc videbis
Abominanda monſtra,
Et exſecranda monſtra.
Pleriq́, Chriſtiani,
Sic nominis ſub umbrâ,
Nefas in omne proni
Feruntur, hoſce Chriſti
Hoſtes ut eſſe jures.
Nec vindicis Jehovæ
Nefanda perpetrantes
Numen verentur: immò

Libido

Libido cæca quicquid
Suggeſſerit, licere
Simul ſibi arbitrantur.
Nullumq́ꝫ, præter unum
Abdomen atqꝫ ventrem,
Deum putant colendum.
Hinc aure juſſa ſpernunt
Divina ſurdiori:
Nec aſsis eſſe ducunt
Vel unius, tremendæ
Legis minas: nec ulla
Juſti Dei furoris
Exempla pertimeſcunt.
Furenter ergò crimen
Ruunt in omne, ruptis
Velut ferociores
Repagulis caballi.
Honeſta jura peſſum
Dant, proteruntq́ꝫ cædes
Spirant; in innocentes
Graſſantur; orphanorum
Cauſam premunt, tenaces

Juſtu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Juſti viros & æqui,
Vexant, nec erubeſcunt.
Potare, & belluari,
Noctes dieſq́; vino
Madere; more fœdæ
Suis, gulam ſaginis
Laxare: virginale
Decus ſtuprare, lectum
Fœdare conjugalem,
Et impudentioris
Hirci modo nefanda
Libidine æſtuare,
Virtutis eſſe credunt.
Prædas avariorum
Quid unguium doloſas,
Arteſq́; fraudulentas,
Morſuſq́; peſtilentes
Narrabo mille? lances
Quid impares, quid ulnas
Notabo curtiores?
Quid fœnoris venenum,
Quod intimas egentum

Depaſcitur medullas ?
Quid ſi quod hiſcè peius
Lucri genus paranti eſt,
Furti genus nefandi eſt,
Narrabo ? opes & aurum,
Domos, agros, & hortos
Quibus rapaciores
Callent parare Gryphes :
Quibus Crumeni mulgæ,
Turpesq; ſanguiſugæ,
Hirudinesq; fædæ,
Laniiq; ſanguinantes,
Et vultures cruenti,
Sicarii nefandi,
Et harpagi trahaces ;
Domus, agros & hortos
Viduarum & orphanorum
Ad ſe trahunt gementum.
An hoſcè Chriſtianos
Tu reris eſſe ? non ſunt.
Non ſunt reapſe, non ſunt,
Licet velint videri,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Licet velint vocari,
Paſſimq́ prædicari.
De gente ſunt luporum,
De prole ſunt draconum,
Fœtusq́ viperarum,
Semenq́ ſcorpionum,
Et aſpidum propages.
Sunt carcinoma, febris,
Gangræna, & impetigo,
Peſtisq́ Chriſtianis.
Chriſtum foris fatentur,
Intusq́ mentiuntur.
Quin, hoſce ſi monere
Quis tentet aut docere:
Viamq́ monſtret, iſthæc
Qua monſtra ſint Jehovæ
Ex atriis, & ipſis
E cordium latebris
Eliminanda: ſalsè
Ridetur! immo probris
Proſcinditur: jubetur
Tacere, vel migrare.

Et hæc,

Et hæc, & iſta, & illa
Sunt exſecranda monſtra,
Et res abominandæ,
Ipſiſſimis Jehovæ
In atriis, in ipſis
Sacrariis & aris.
Et quisquis intueris,
Aut cogitando tecum,
Revolvis hæc, an auſis
Negare, deſtinatum
Mundo imminere finem?
Et ultimam ruinam?
Diemq́;, quo supernâ
Redux ab arce Chriſtus
In nubibus, catervas
Tot inter Angelorum
Jus dicet univerſis
Vivisq́; mortuisq́;.
Nec ergò dede ſomno
Te, luxuiq́;, ſi te
Salutis ulla tangit
Vitæq́; cura, poſt hanc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Cœlo piis agendæ:
Sed excitare, lumbos
Accinge, & usq; vitam
Non ore, re ſed ipsâ
Vixiſſe Chriſtianam
Noctes ſtude diesq;,
Ut hora te ſuprema
Offendat excitatum,
Et occupet paratum.

ODE V.

Cyprian. tractat. 1. contr. Demetr.

Mundus ipſe occaſum ſui rerum labentium probatione teſtatur, &c.

Nemo mirari debet, ſingula in mundo cœpiſſe deficere, cum totus ipſe mundus, in defectione jam ſit, & fine.

QVàm, proh, ſtupenda metam
Sub temporis ſupremi
Securitas ubiq;
Mentes tenet? ruentis
Vt imminere mundi
Finem, parum nihilve

Curent

Curent notare: ſinem
Quamvis vel ipſe noctu
Interdiuq; Mundus
(Haut ſecius vetuſta
Quam ſi domus ruinam
Minetur imminere)
Teſtetur imminere.
Nam ſicut, in propinquo
Quando domus ruina eſt,
Id plura ſigna produnt.
Obſcura per feneſtras
Lux ſpargitur! columnæ
Nutant, trabes vacillant,
Compagines dehiſcunt,
Tibicines tremiſcunt,
Et parietes labaſcunt:
Ipſe inquilinus intus
Frequenter ingemiſcit,
Et ſartatecta voto
Ardente concupiſcit.
Hoc publicum univerſi
Modo pari theatrum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

(Seu quis domumve malit,
Templumve nuncupare,
Homini quod inquilino
Dum vivit, Architectus
Conceſsit incolendum)
Quam plurimis propinquam
Prodit minis ruinam.
namq́; quis feneſtras
Hujus velit theatri,
Solem puta atq; Lunam,
Et quotquot aſtra cœlo
Paſsim micant ſereno,
Conſiderare: Judex
Quas Chriſtus ipſe juſsit
Conſiderare, denſis
Hæc ſæpius tenebris
Videbit occupari,
Et, flentis inſtar, atro
Ceu ſyrmate implicari.
Nec id ſemel quotannis,
Sed pluries, ocelli
Nî lippiant, videbit.

Quid parjetes? columnæ?
Trabesq; ? (vel quod inſtar
Trabiumq́, parjetumq;,
Compaginumq́, mundi eſt
Hoc publico in theatro)
Annon & hæ dehiſcunt?
Annon & hæ tremiſcunt?
Annon & hæ labaſcunt?
Annon & hæ vacillant?
Sic eſt profectò? Judex
Sic ipſe Chriſtus olim
Prædixerat futurum.
Quid inquilinus, iſthæc
Domus cui incolenda
Data eſt homullus? annon
Mille inter ille curas,
Moleſtiasq; mille,
Anguſtiasq́; mille,
Horreſcit, ingemiſcit,
Suſpiriis fatiſcit,
Et lachrymis madeſcit,
Tabeſcit, obſtupeſcit?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sic eſt profectò, judex
Sic ipſe CHRISTUS *olim*
Prædixerat futurum.
Nec orbis eſt inſthac
Quiſquam domo, hæc negatum
Qui poßit ire, cæcus
Surdusq; nî ſit idem.
nnon hic ipſe Mundus
Ergaſtulum dolorum,
Æquor periculorum,
Spelunca ſcorpionum,
Vallisq; lacrymarum
Carcerq; tot laborum,
Hinc jure nuncupatur?
Quâ nemo polliceri
Sibi quid auſit unquam
Gemitus niſi atq; fletus.
næ cœpit ergò multos
Supinitas? ut iſthæc
Curent parum; nec indè
Tandem quod univerſi
Huic publico theatro

Ruina ſit propinqua
Notentve, colligantve?
O cæcitas ſtupenda
O error exſecrande,
Securitas dolenda!
Hominum quousq́; mentes
Et corda faſcinabis?
At vera tu ſalutis
Quem cura tangit; ecquid
Nec ipſe ut ingemiſcis
Hæc cogitans? ſimulq́;
Hanc nonne cæcitatem
Inter referre ſigna
Voles; diem ſupremam
Quæ nunciant propinquam?
Annon &, hac ubiq́;
Domo minante caſum,
Hinc emigrare cœli
Ad Sartatecta voto
Ardente concupiſcis?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ODE VI.

Cyprian. Serm. 4. de Mortal.

in habitaculo tuo parietes vetuſtate nutarent, tecta deſuper tremerent, domus jam fatigata, jam laſſa, ædificiis ſenectute labentibus, ruinam proximam minarentur, nonne omni celeritate migrares? Mundus ecce nutat & labitur, & ruinam ſui non jam ſenectute rerum, ſed fine teſtatur? Et tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis, quod exitu maturiore ſubtractus, ruinis & plagis imminentibus exuaris.

O Orbis Architecte
Jehova ſumme, Templum
Hoc publicum univerſi
Qui dextera potentu
Virtute condidiſti:
Et Regia ſcabellum Eſai. 66.
Terras tuæ, peramplam
Velut domum, dediſti Pſal. 115.
Merâ benignitate
Mortalibus colendum!
Nos hoſpites miſelli, Pſal. 34.

Et hujus inquilini
Domus tuæ, fatemur;
Quæ-noſtra-cunq; verſus
Intenditur videndo
Pupilla, laſſa paßim
Rebus ſenecta finem,
Et ultimam ruinam
Toti minatur orbi.
Res ſcilicet creata
Cunctæ inſimul tremiſcunt
Ubiq;, & ingemiſcunt.
Nec eſt quid appetitu
Majore quod requirant;
Quàm punctum ut expetitæ
Id appropinquet horæ,
Corruptionis iſthac,
Et vanitatis iſthac
Quo ſervitute tandem
Clementer abdicentur.
Hac, ô Pater, fideli,
Nos quandocunq; mente
Perpendimus; quod unum
Has inter eſt ruinas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Solatio relictum;
Surſum levamus arces
Ad cœlicas ocellos!
Hic namq́; pulchriorem
Nobis, & ampliorem,
Quin & perenniorem
Scimus domum paratam:
Illamq́; quandò primi
Parentis obſervaſſet
Adæ nefas, recluſam
Chriſti cruore ſcimus:
Hanc usq; noſtra & usq;
Mens quærit, hanc requirit;
Hanc ſperat, hanccè ſpirat;
Hanc optat, hanc anhelat
Mens usq́; noſtra, & usq́;.
Tu compotes, Jehova,
Voti fac; eq́; mundi
Ergaſtulo, ruinam
Minante, nos ad arces
Has transfer, atq́; cœlo
Tandem bea receptos.

ODE VII.

Ex 1. Theſſ. 5. & Luc. 21. cap.

Cyprianus Tractat. 3. de ſimp. præ,

Exſpectemus ſolliciti ſemper & cauti adve[illegible] tum Domini repentinum, ut quando ili [illegible] pulſaverit, evigilet fides noſtra; vigilant[illegible] præmium de Domino receptura. Accinct[illegible] nos eſſe oportet; ne cum expeditionis di[illegible] venerit, impeditos & implicitos apprehe[illegible] dat, &c.

FVr noctis ut tenebris
Silentioq́ fretus,
Dum tale nil timentes,
Domeſtici quiete
Amabili fruuntur,
Seſe ædibus latenter
Infert, rapitq́ quicquid
Spolio patet: Jehovæ
Sic Filius supernâ
Judex ab arce Chriſtus
Subito revertet, horâ
Quâ nemo cogitando
Præſentit ad futurum.

Proin[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Proinde ne veterno
Te luxuiq; dede,
Cura ſalutis ullâ
Qui duceris : ſed uſq;,
Puncti memor ſupremi,
Fac excubes; pieq;
Caſteq; ſobrieq;
Vivendo præparere:
Ne cælitus ruentis
Te judicis prehendat
Adventus imparatum,
Auceps velut volucres
Laqueo obruit doloſo,
Et obrutas trucidat.

ODE VIII.

Ex Matth. 16, cap. v. 2. 3.

Auguſtinus ſerm. 67. de tempor.

Rogo vos fratres chariſſimi, & dum grandi humilitate admoneo; ut mihi nullus è vobis ſuccenſeat, aut forte incongruum me ſuperfluumq; judicet: quare vobis tam frequenter tremendum & utiliter expaveſcendum diem judicii inſinuare contendo, &c.

SI veſperi rubere
Cœlum vides! ſerenum
Sudumq́ꝫ cras futurum:
Sed manè ſi rubere
Cœlum vides, procellas
Diemve nubiloſum
Prædicis evidenti
Præſagio indicari.
At iſtæ ſigna cœli
Notare doctus; ecquid
Nec illa ſigna cœli
Notare diſcis, orbi
Quæ nunciant ruinam,
Et Filii Jehovæ
Cœlo reverſionem?
Hæc ipſe nempè Chriſtus
Cœlo, ſolo, Saloq́ꝫ
Notare ſigna juſsit:
Et diſcere indè, ſummam
Mox imminere lucem,
Quâ judicis ſupremi
Viviq́ꝫ mortuiq́ꝫ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Siſtemur ad tribunal.
An iſta ſigna fallant?
Nunquam profecto fallunt.
Quin tumetipſe, lippis
Si ſpernis hæc ocellis,
Magnumque evidensq; ſignum
Es proximæ ruinæ;
Et nuncius ſupremi
Præpoſterus diei.

ODE IX.

Ex Lucæ 21. cap. Videte ficum, &c.

Cypr. tract. 1. contr. Demetr.

Scire debemus, ſenuiſſe jam mundum, non illis viribus ſtare quibus prius ſteterat: nec vigore & robore eo valere, quo antea prævalebat.

Luc. 21. v. 28.

His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra; quoniam appropinquat redemtio veſtra.

VOs ô moleſtiarum,
Hujuſce Brumæ vitæ

Queis

Queîs affatim propinat;
Gaudete, poſt pruinas
Poſt frigus & procellas
Poſt grandinem nivesq;
Poſt quicquid hîc amarum eſt,
Poſt quicquid hîc acerbum eſt;
Grata viciſsitate
Ver lætius propinquat.
Ver nempe ſempiternæ
Felicitatis illud;
Hæc plena lachrymarum
Quo vita cum peremni
Mutabitur quiete,
Propinquat; immò præſtò eſt,
Et num quis in propinquo
Ver illud eſſe ſumat
Negare? tota rerum
Natura quando paſsim
Id approbatione
Teſtetur evidenti?
Si parturire ficum
Gemmas vides; ocellos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Si parturire vitem:
Si quicquid arboretis
In omnibus vireſcit,
Turgere cernis? ecquid
Ver annuum redire
Non lætus inde diſcis?
Hîc ergò certitudo
Par cum ſit, immò major,
Signis in hiſce, Proles
Summi Parentis olim
Quæ prodidit, quis error
Eſt, hæſitare, quod VER
Felicitatis illud
Mox inſtet æviternæ?
COELUM *intuere, vultu*
Te quod videre juſſit
Erectiore, qui te
Præ beſtiis creavit
Erectiore vultu:
Annon tu arbor ingens,
Id hinc & indè gemmis
Turgeſcere intueris?

Sol

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Sol atq; Luna quando
Caligine occupantur,
Aut cæteros Quirites
Quando Poli Cometæ
Nothâ face æmulantur?
SALUm intuere: & illud
Gemmas, ut ardor, edit:
Quando furit, nec intra
Ripave, littorisve
Præſcripta continetur:
Æſtu ſed inſolenti
Spumans tumensq;, fines
Ultra evagatur, arvis
Damnum inferens, & arvi
Damnum inferens colonis.
SOLUM intuere: & illud
Gemmas, ut arbor, edit:
Ver quæ probant propinquum.
Fæcunditate quando
Id priſtinâ carere;
Senſimq; adhuc quotannis
Decreſcere experiris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quin & gravi ac tremendo
Concuſſa terra motu
Quando dehiſcit: Ecquid
Non arbor iſta gemmis
Turgeſcit atq; ocellis?
HOMINEM *intuere: & ille*
Gemmas, ut arbor, edit.
Ver quæ probant propinquum.
Malos ubiq; mores,
Luxum puta, rapinas,
Et ſtupra, crapulamq;,
Faſtum, dolosq;, lites,
Cædesq; & inde quicquid
Par his, vel hiſce pejus,
Cum prævalere cernis:
Cum bella, cum tumultus,
Et mentium pavores
Audis, videsve; præter
Gemmas quid, atq; ocellos
In arbore hacce cernis?
Gemmas proinde, cum tot
Spectes ubiq;, ſummi

Patris

Patris propago Chriſtus
Quas ipſe juſsit olim
Conſiderare; gaude &
Lætare; poſt pruinas,
Poſt frigus, & procellas,
Poſt grandinem, niveſq;,
Poſt quicquid hîc acerbum eſt
Poſt quicquid hîc amarum eſt
Ver lætius propinquat.
Ver nempè ſempiternæ
Felicitatis illud;
Hæc plena lachrymarum
Quo vita cum peremni
Mutabitur quiete:
Audita quandò nulli,
Conſpecta quandò nulli,
Et cogitata nulli,
Ad gaudia evehemur:
Propinquat, immò præſtò eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

ODE X.

Ex Matthæi 24. & 25.

Cypr. lib. 4. Epiſt. 1.

Die ac nocte meditantes, toto corde ad Deum prompti, contemptu præſentium futura tantummodo cogitemus, fructum regni æterni, Complexum, & Oſculum, & Conſpectum Dei.

Idem, Serm. de Aſcenſ. Chriſti.

O bone Jeſu; ante cujus tribunal aliquandò ſtabimus, qui nunc vultui Dei appares pro nobis, cui de nobis tanta cura fuit, ut pro nobis velles naſci & mori in præſenti; quæſumus, ut tibi ſit cura curandi nos, & nobis auctoritatem & poteſtatem judicandi nosmet ipſos, & corrigendi concedas; ut in illo terribili judicio tuo inter electos adſciti, & congregati; liberi à ſervitute, & captivitate cœleſtibus civibus conjungamur, & fruamur bonis, quæ tu ipſe diligentibus te promiſiſti, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit.

O quando, quando tandem,
Jeſu benigne, cœlo

Redux,

Redux, ad aſtra tecum
Transferre nos ab iſthoc
Ergaſtulo malorum
Dignaberis, peremui
Quo gaudio fruamur?
O quando nube vectum
Puriſſimâ phalanges
Mille inter Angelorum
Te deſuper reverti
Videbo; jus daturum
Vivisq́; mortuiq́;
O quando conſpicabor
Te gemmeo inſidentem
Throno, tuam locatus
Ad dexteram, inter agnos!
Lœtus quod à petulcis
Sim ſegregatus hircis?
O quando vox ad autes
Feretur iſta noſtras?
VENITE! poſſidete
Hereditate regna,
Vobis abusq́; primo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Parata ſeculorum
Exordio; meoq;
In fine ſeculorum
Cruore reſtituta.
O quando lacbrymarum,
Modo quibus madeſcunt,
Terges ab imbre ocellos?
Et pectus hoc ab omni
Angore liberatum,
Riſuq;, gaudiisq;,
Cantuq;, jubilisq;,
Plauſu, tripudiisq;
Veriſſimè replebis?
O quando luce mentem
Sereniore noſtram
Illuminabis; omni
Vt absq; nube, teq;
Patremq; Spiritumq;
Poſſim videre, TRINUM
UNUMq; numen? ô quid
Queat magis beatum
Hac eſſe viſione?

O in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

O inter Angelorum
Quando choros receptus, Apoc. 7.
Hac voce prædicabo,
Hoc ore perſonabo,
Laudes tuas, nec unquam
Decus tuum tacebo ?
O quando nuptiali
Me purpurâ decorum ! Eſai. 51.
O quando principali
Me ſplendidum coronâ Sir. 5.
Menſæ beatioris
Convivio admoveris ?
Et regio apparatu,
Quin cœlico apparatu,
Super lac atq; Nectar,
Super mel atq; Sacchar,
Superq;, quicquid uſquam
Dulce eſſe prædicatur,
Dulciſsimo, fovebis ;
Et uſq; recreabis ?
Et hæc, & iſta, & illa
Et hiſce plura, & hiſce

Ma

Majora præſtiturus
Nobis, benigne JESU,
Quando redibis? Eja!
Revertere! Eja tandem
Revertere! Eja quicquid
Te detinet morarum
Rumpe ocyus! tuorum
Noctes, diesq; vota
Id unice requirunt;
Id usq; concupiſcunt;
Id usq; & usq; poſſunt:
Quam mox ut è malorum
Ergaſtulo hoc ſupernas
Nos transferas ad arces, Amen.

Apoc. 22.

Etiam veni Domine JESU.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

TURMARUM SUPPLE-MENTUM.

ODE I.

Hieronym. ad Demetriad.

Nihil aliud noverit lingua, niſi Chriſtum Je[ſum]
ſum.

JESUM viri, ſenesq́;,
Jeſum juventa, JESUM
Anusq́; virginesq;
Canteinus! Eja Jeſum
Nil præter aut ſciamus
Aut cogitemus unquam,
Nil præter hunc amemus,
Aut expetamus unquam;
Nil præter hunc colamus
Aut evehamus unquam:
Nil præter hunc canamus
Aut prædicemus inquam.
Nam quicquid extat usquam,
Mentisq; corporisq;
Quod conferat ſaluti,
In hoc habemus uno.
Et quicquid extat usquam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vel hac vel inde vitâ
In poſthuma expetendum
Quod eſſe poſſit unquam,
In hoc habemus uno.
Mel namq; ſuave Jeſus,
Melosq; dulce Jeſus,
Medela certa Jeſus,
Corona pulchra Jeſus,
Lucerna viva Jeſus,
Fortis columna Jeſus,
Vitæq; norma Jeſus,
Baſisq; firma Jeſus,
Decus perenne Jeſus,
Salus quieta Jeſus,
Quies amica Jeſus,
Virtus cupita Jeſus,
Dulcedo vera Jeſus,
Mellita Manna Jeſus,
Nectar ſalubre Jeſus.
Saccharq; dulce Jeſus,
Amoris arrha Jeſus,
Salutis ara Jeſus,

Numenq;

Numenq; mite Jeſus,
Nomenq; lene Jeſus,
Serena ſtella Jeſus,
Optata ſtrena Jeſus,
Rupes ſacrata Jeſus,
Et umbra grata Jeſus,
Multis loquela Jeſus,
Veſtis decora Jeſus,
Tutela noſtra Jeſus,
Et gemmâ pulchra Jeſus,
Paſtor, Paterq; Jeſus,
Heros, Gigasq; Jeſus,
Sponſusq; virq; Jeſus,
Merces beata Jeſus,
Vitis benigna Jeſus,
Flumen ſalubre Jeſus,
Scutumq; forte Jeſus,
Turrisq; tuta Jeſus,
Summus Propheta Jeſus,
Cœliq; ſcala Jeſus,
Vitæq; porta Jeſus,
Magnus Jehova Jeſus,
Patrisq; imago Jeſus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Liberq; vitæ Jeſus,
Æterna vita Jeſus,
Homo, Deusq; Jeſus,
Immanuelq; Jeſus,
O eſt & Alpha Jeſus:
Et unus omne Jeſus.
Quid ergo præter unum
Hunc aut ſciamus unquam?
Aut cogitemus unquam?
Aut expetamus unquam?
Aut evehamus unquam?
Aut prædicemus unquam?
Jeſu benigne, Jeſus
Sis ô mihi, nec ultra,
Nec amplius requiro.

ODE II.

Ex *Pſalm. 73. v. 25, 26.*

Quid enim mihi eſt in cœlo? & à te quid voluí ſuper terram? Defecit caro mea & cor meum, Deus Petra cordis mei, & Pars mea Deus, in æternum.

RErum ſator Jehova;
Si te fruor benigno:
Cœlo nihil ſolove
Requiro, ſat ſuperq́;
In te beatus uno.
Quin tabe corpus ægrum
Liqueſcat; hoſpes ægri
Mens corporis fatiſcat!
Tu tu tamen gementis
Et uſq; & uſq; cordi
Solamen es, Jehova,
Tu certa ſpes ſalutis.

ODE III.

Ex Johan. 3. v. 16.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, &c.

TAnto ah! amore rerum
Parens Jehova mundum
Dilexit univerſum:
Ut unicumq́; natum
Cariſſimumq; natum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Neci daret cruentæ
Quo, quisquis hunc prehenſum
Fideq; ſpeq; firmâ
Teneret, haut periret.
Sed particeps ſalutis,
Vitæq; ſempiternæ
Re redderetur ipsâ.

ODE. IV.

ECHO LUGUBRIS.

De Morte præmatura.

Auguſtiſſimæ Heroinæ, & ſereniſſimæ Reginæ Daniæ;
ANNÆ CATHARINE;
Illuſtriſſimi Marchionis Brandeburg.
JOACHIMI FRIDERICI
Filiæ:
Celſiſſimi ac ſereniſſimi Principis ac Domini,
Dn. CHRISTIANI, IV. Regis Daniæ, Norweg. Vand. Gothor, &c. conjugis Beatiſſimæ memoriæ.

 VIATOR

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

VIATOR & ECHO, colloquuntur.

V. AUres quid hoc receſſu
Nemoris reductiore
Ferit meas ſonoris?
E. NORIS. V. Sed unde norim?
An pandet illud Echo?
E. EGO. V. Ergo dic mea Echo,
Quas audio hic querellas?
E. ILLAS. V. Quis omne cœlum
Replet ſolumq́; plangor?
E. ANGOR. V. Sed ô quis angor?
E. EDO QVIS ANGOR. V. Ede
Proin, ſimulq́; prode,
An angor iſte multos
Dolorq́; tangit? E. ANGIT.
V. Tangit ſimul viroſq́;?
E. ANGIT ſimul VIROSq́;.
Tangitq́; fœminaſq́;?
E. ANGITq́; FOEMINASq́;.
V. Tangit ſimul dynaſtas?
E. ANGIT ſimul DYNASTAS.
V. Et angor iſte Regi

Grav

Gravis putasne ſummo eſt? -
IMMO EST. V. Hic annè Regi eſt
Dolor gravis Danorum?
HORUM. V. atq; Norvvegorum?
HORUM. V. atq; Vandalorum?
HORUM. V. atq; Stormarorum?
HORUM. V. Proindè memet
Et angor iſte tangit?
TETANGIT. V. atq́; cives
Meos? E. EOS. V. videmus
Quos ire triſtiores?
ORES. V. ſed indè cauſa
Dic mî doloris æqua eſt?
ÆQVA EST. V. quid? annè Regis
Celſiſſima hæc marita eſt?
ITA EST. V. Marita nuper
Quæ ceſſit hacce vitâ
ITA. V. ha! profectò cauſa
Æquiſſima hæc dolendi
Regiq́; ſubditisq́; eſt?
HISq́; EST. V. Simulq́; primis
IMMO HIS. V. ſimulq́; & imis?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

E. IMMO HIS. V. Columna namq;
Collapſa. E. LAPSA. V. toti
Domui malè ominatur?
E. MINATUR. V. Heu; ruinam
Minatur his propinquam?
E. INQVAM. V. bonos Jehova
Siquidem rapit malorum
Quando ingruunt procellæ!
E. ILLÆ. V. facitq; juſti
E. ISTI. V. Suis ſepulchris
E. PULCHRIS. V. quietioris
Strato velut cubilis
E. ILLIS. V. ut expetito
Sopore perfruantur?
E. FRUANTUR. V. Omnis extra
Teli maliq; jactum!
E. ACTUM. V. quod hoc in orbis
Ergaſtulo manentes
Affligit hîc, ibiq;!
E. VBIQVE. V. Eat negatum
Ergò quis. E. O QVIS. V. ante
Quod ſit fores malorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Plus, quam quis eſſe credat !
E. VSQVAM QVIS ESSE CREDAT.
V. *Hæc Diva quandò terris*
Erepta. E. RAPTA. V. *Cælo*
Recepta, nos reliquit !
E. RELIQVIT. V. *Ergò ſiccis*
Quis funus hoc ocellis
Spectet, nec ingemiſcat ?
E. HISCAT. V. *Puto hunc profectò,*
Pro corde habere ferrum !
E. FERVM: V. *puto hunc profecto*
Pro corde habere truncum ?
E. VNCVM. V. *nec eſſe, quin ſit*
Bonis peroſus ? E. OSVS.
V. *Certê mihi is videtur,*
Scceleroſus. E. OSVS. V. *Ecquid*
Tibi ſimul mea Echo
Is eſt peroſus ? E. OSVS.
V. *Dic porro qui Jehova*
Placetur imminentes
Auertat ut labores ?
E. ORES. V. *Putasne flecti*

Votis minas Jehovæ
Piis. E. IIS. V. Profectæ
Si corde ſint pudico?
E. DICO. *V. Proinde vota*
Faciam patri ſupremo?
E. IMMO. *V. Nec hæſitabo*
Quid? E. O QVID. *V. iſta votæ*
Quin grata ſint futura?
E. RATA SUNT FUTURA. *V. ſi ſimi*
Fundata nempe Chriſto?
E. ISTO. *V. per huncne nobis*
Credis Patrem favere?
E. VERE. *V. Satis mea Echo*
Et certa es, & diſerta:
E. DESERTA. *V. forte ſola*
Gemis hac relicta valle?
E. VALE. *V. Sed anne tergum*
Dabis tu? E. ABIS TU. *V. at eſt quo*
Adhuc velim rogare
Hinc antequam recedas?
E. EDAS. *V. quid eſt ſepultæ*
Quod manibus precaris?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

CARIS. V. quiete nunquid
Placidè frui pieq;?
ÆQVE. V. cubent ut oſſa
Süaviter, beneq;?
ÆQVE. V. ô date huc camœnæ
Amaracum Roſasq;!
HASQVE. V. ô date huc Thymumq;
Thymbamq;. E. VTRAMq;. V. nardum,
Caſsiamq;. E. EAMq;. V, Caltham,
Violasq;. E. EASq;. V. & indè
Quod eſt ubiq; florum,
HORVM. V. quod eſt odorum,
HORVM. V. ut decenter iſtis
DIVÆ parentis urnam
Et indè ſpargam & indè,
Amore. E. MORE. V. bisq;
Quaterq;. E. TERq;. V. cum nil
Hæc exhibere præter
DVLCISSIMÆ PARENTI
Poſsimus. E. IMVS? V. Ecquid
Sic me relinquis? E. INQVIS.

ODE V.

CHRISTI CORONA SPINEA.

PLexam gerebat olim
Pro ſontibus reisq;
De ſentibus coronam
Rex ſummus ille Regum,
Ad dexteram Parentis
Qui ſplendidus corona
Nunc aurea triumphat.
Serto proinde quisquis
Cum Filio Jehovæ
Vis aureo potiri
Polo? tibi memento
Solo prius gerendam
De ſentibus coronam.

ODE VI.

Actor. 4. v. 12. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri, &c.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

NOn eſt utroq; mundi
Sub axe nomen ullum
Homini datum, ſalutem
Quo conſequamur, unum
Nî nomen Hoc; JESVS.

ODE VII.

Ex verbis Bernhardi.

Gyra & regyra, verſa & reverſa, & non inve-
nies pacem vel requiem, niſi in ſolo Jeſu.

GYra,, & ſimul regyra,
Verſa, & ſimul reverſa:
Non invenitur uſquam
Quiesve, paxve, in uno
Ni ſit reperta IESV.

ODE VIII.

CALENDIS JANUARIIS.
Anno 1607.

IAni reverſionem
Cum fecerint Calendæ
Felix ut annus inde
Qui ducitur ſit, inter

Nos mutuo precamur,
Pro more Chriſtiano.
Et quo quis arctiori
Nobis amoris uſu
Adhæret; huic ſolemus
Eò magis precari
Et promtius vovere
Bona quæq; ; quæ precari
Quis poſsit & vovere
Jani novis Calendis
Pro more Chriſtiano.
At illa, comprecari
Cui primus ipſe Jani
Bona quælibet Calendis
Ardentius ſolebam,
Et promtius vovebam!
Et prima quæ precari
Mihi fauſta quæq; Jani
Ardentius Calendis
Solebat; & vovere
Præ cæteris volebat;
Ah nunc Jacet MARITA!

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Mihiq; jam miſello,
Proliq; pumilillæ.
Dixit valete ſummum;
Summum valete dixit:
Valete dixit, inquam.
Cuînam precabor ergò
Jani novis Calendis
Bona quæq;? num maritæ,
Cuî ſic precabar antè?
Non hæc precationis
Eget, meive voti,
Vt antè. Namq; cœlo
Recepta fœminarum
Inter Sioniarum
Choros & Angelorum
Cœtus beatiorum
Felicitate ſummâ,
Nunquamq; finiendâ
Cum gaudio perennat,
Cum jubilo triumphat.
Proli precabor ergò
Secunda fata noſtræ

Super-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Superſtiti, Calendis
Iani novis: ut Annus
Hic, & quot hunc benigni
Arbitrio Iehovæ
Sequentur; auſpicati
Sequantur & ſecundis
Sed, ab loco maritæ.
Quis, hic ut auſpicatus
Sit annus & ſecundus;
Viduo mihi gementi,
Tot lachrymis madenti
Ritè velit precari,
Et ſanctius vovere?
Tu Chriſte, qui parentis
Ad dexteram Iehovæ
Sedes, & usq; fidus Hebr. 2.
Ceu Pontifex, precaris
Salute pro tuorum Rom. 8.
Fidelium, ô, precare
Pro me, meisq; ſummum
Omnis boni datorem,
Vt annus hic & anni

Quot

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Quot hunc ſequentur omnes
Mihi & meis ſequantur
Secundi & auſpicati.
Tu lachrymas dolentis
Abſterge; tu gementum
Solare, ſpirituq́ʒ
Mentem tuo trementis
Corrobora, ferendo
Cruci ut meæ eſſe poſſim.
Hoc donec exſolutus
Ergaſtulo, ſupernâ
Cœli recepter arce
Qua Sabbatum perenne
Ex Sabbato: atqʒ menſem
Ex menſe, Iubilæum
Ex jubilæo agemus
Indeſinenter annum.

ODE IX.

AD FILIUM DEI.

ANNO 1607.

Percepturus S. S. Euchariſtiam.

Cum

Cum qua tuas ſolebam
Prius venire ad aras;
Quæ me incitare pridem,
Per memet incitatum,
Tuas redire ad aras,
JESV, ſolebat; illa
Hinc evocata, terras
Reliquit, & madentem
Me lachrymis maritum.
Conſortioq; juncta
Cœleſtium, potita eſt
Poſſeßione plenâ
Te, Chriſte, cujus aras
Hîc ſedulo appetebat.
Tuam proinde ſolus,
JESV, reviſo menſam,
Quâ Panis atq; Vini
Communione CORPVS
Tuum piis edendum,
Et SANGVINEM bibendum
Largiris, in remißi
Pignus ratum reatus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vt hoc cibo fideles
Tibi inſerantur, & Tu
Fidelibus vicißim
Sic inſeraris ipſe.
Has, Chriſte, quæſo, menſæ
Dapes tuæ appetentem
Me ſuſcipe; atq; Corpus,
De more victimarum
Crucis quod eſt in arâ
Pro memet immolatum
Præbe mihi; ſacriq;
Potum cruoris adde;
Meæ ſalutis ergò
Qui fuſus eſt; & iſto
Potu, ciboq; mœſtum
Me recrea, gementem
Solare, lachrymantem
Me ſubleva: tibiq;
Sic junge me, mihiq;
Te junge ſic, & uni:
EGO TIBI, MIHI TU,
Vt ſimus uſq; juncti,

Et usq; copulati:
Nec ſeparemur unquam,
Nec diſtrahamur usquam.
Sic ſolitas ademtam
Gravis mihi ob maritam
Levabitur, nec unquam
Solus querar relictus.

ODE X.

PSALMUS CXXXIII.

NIL charitate mutuâ
Concordiaq́; fratrum,
Deo, piisq́; corculis
Vnquam mage eſt probatum.
Ceu Balſami, de vertice
Liquor fluens Aronis.
Qui ſtillat in barbam, ſimul
Ad usq; veſtis oram
Odore fragrat optimo,
Sic Charitas amorq́;
Fraternus, edit omnium
Dulciſſimos odores,

Ceu

Ceu Tempe ros Hermonia
Grato rigat liquore:
Sioniiſq; paſcuis
Succum miniſtrat herbis:
Pax alma quæq; commoda
Sic ſufficit colenti.
Quin pollicetur ipſemet
Bona quælibet Iehova,
Concordiam amplectentibus,
Vitamq; ſempiternam.

AD LECTOREM.

QVod vix mihi ſit emptor
Vnus, vel alter, ecquid
Mirer? profecto non eſt.
Quod vix mihi ſit unus
Alterve lector, ecquid
Curem? profecto non eſt.
Quod vix mihi ſit unus
Alterve amicus, ecquid
Querar? profectò non eſt:
Non eſt, profecto non eſt.

Is noſtra cui canendo
Thalia ſervit, olim
Paucißimos habebat
Fideliter docentem
Qui ſedulo audiebant,
Paucißimos habebat,
Fideliter docentis
Qui dicta comprobabant:
Paucißimos habebat
Fideliter docentis
Qui verba ruminabant
Paucißimos habebat
Fideliter docentis
Qui juſſa penſi habebant.
Mirer quid ergò JESVM
Si ſit mihi canenti
Vix unus emtor, unus
Alterve lector, unus
Alterve amicus? unus
Altervè quando JESVM
Adhuc ruentis iſthac
Mundi ultimâ ſenectâ

Vix

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Vix curet aut requirat.
Si Lesbiam ſonarem,
Si Deliam vocarem,
Si Cynthiam probarem,
Si Gelliæ faverem,
Si Juliæ placerem,
Si dicerem Corynnam,
Si ducerem Neæram,
Si ſcriberem Pyrillam,
Si comerem Bathyllum,
Si quærerem Rhodantem,
Et emptor atq; lector
Per ſcrinia hæc & illa,
Illis & his tabernis
Me quæreret, repertum
Manu ſinuq; ferret;
Facetias, jocosq;
Exoſculatus omnes.
At rara nunc petentum
ANACREONTA caſtum,
Eſt nota vox tabernis.
Sed eſto: ſit mihi emtor

Vnus vel alter; unus:
Alterve lector; unus
Alterve amicus: unus
Modo probus, piusq;
IESVq́; amore plenus!
Non mille, præ vel uno
Vel altero hos, requiram.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

LIPSIÆ

Typis exſcribebat GEORGIUS LIGER.

Impenſis Hæredum HENNINGI GROSII Junioris.

Anno

M. DC. XXIV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-456 8° 4236